

Avaritia tegitur pallio bonis Divini.

5. Loquamur parum de avaritia: avaritiam, praesertim eam, qua pauperes inhumiliter repelluntur, debita non expunguntur, caque, quae Deo debentur, in deteriori materia praestantur, in certis circumstantiis posse esse peccatum lethale, nemo sapientum est, qui dubitet; & tamen, quoties haec avaritia sub specie necessitatis, providentiae, aut Religionis excusatur! Ingređianur iterum Scripturam: Rex Saul praecipuum accepit a Domino, ut Regnum Amalectarum una cum Rege, cum habitatoribus, ipsique gregibus, & armentis inhumiliter condiderit, & absque ulla venia gratia demoliretur. Abiit Saul cum ingenti exercitu, & immensam Amalectarum iragem fecit; nihilominus opinis gregibus, & selectiori pecori pepercit, secumque in praedam abduxit: exprobravit illi Propheta Samuel hanc avaritiam; & ecce statim se exculpate novat, in quibus, haec armenta ceteris meliora Deo in oblationem, & holocaustum fuisse referat: *Tulit populus ovae, & boves, ut immolet Domino Deo suo in Galsath.* (1. Reg. 15.) O bellam Religiositatem, quae revera avaritia fuit! O Christiani! quoties hunc eundemmet sacam nonnulli illinere student (suz tenacitati) quaeritis aliquis pater-familias satis fortunatus, cur erga egenos nimis tenax, & liberalis esset, repositus, non posse se praedicare patrimonium liberorum, & quod plus est, cogitare se post suam mortem fundare universarium, ideo necesse esse, ut omnes nummos congereret. Aliqua in confessionali se accusans, quod adipem porcinum diebus esurialibus usurparet, interrogata, an non ad manus haberet butyrum ex lacte, respondit, habere se quidem, sed illud debere reservari ad festum angarialia, & ad quadagesimam. Alia quaesita, cur illas panni ulnas, quas famalis pro mercede annua largiri tenetur, in hirsuta adeo, & vili materia illis praestaret, retulit, quod velit mappam lineam pro altaris tegumento Ecclesiae donare. Ecce quam ingeniola sit avaritia se excusandi etiam sub praetextu providentiae, & cultus Divini, &c. *Luxuria quaeritur sub schemate peregrinationis.*

6. Loquamur parum de peccato luxuriae: Luxuriam, illaque vitiosa conventicula, quae contra parentum voluntatem inter personas fragiles condicuntur, pro diversitate circumstantiarum posse esse lethalia delicta, nemo sapientum est, qui dubitet: & tamen cheu! quoties sub specie pietatis larvantur! Symbolizetur denao hanc rem ex Scriptura. Ablolon, cum scelestissimum perduellionis crimen contra parentem machinaretur, licentiam ab eo petit peregrinandi in Hebron, in quibus, *Veniens, eovi, si redierit me Dominus in Jerusalem, sacrificabo Domino.* (2. Reg. 15.) Impetrata licentia, abiit, populum concitavit, rebella amara impuit, patrem persequutus est. O bellam vocerum religionem, quae revera damnable crimen fuit! O Christiani! quoties sub eodem schemate reguntur perniciosa

conventicula? sunt duae personae, quae invicem amant, & amantur: sed occasio conventiculi illis praedicitur; quia sollicite ad oculos superiorum observantur; quod agunt? peregrinationem institunt, sub coeque praetextu avaritiae adomant, ac negotia amatoria pertractant. O devotas peregrinationes, si Superis placeat, sub quorum cortice procorum alloquia, & consortia delitescunt!

*Damna proximi celantur sub larva Religioni.*

7. Loquamur parum de inimicitias, & hostilitates, praesertim si eorum conjuncta to proximi, aut detractioibus fatre conjuncta sunt, esse peccata lethalia, nemo sapientum est, qui dubitet: & tamen cheu! quoties sub larva justitiae, aut defensionis, aut Religionis excusatur! Rex Herodes (Marc. 6.) suae Herodiadi in remunerationem factus promissit quidquid esset petitura, eamque promissionem juramenti fide confirmavit: scelerata filia, instigata a sceleratioris Matre, petit caput capsivi Joannis Baptistae, & ecce, absque mora obtruncatur licet, qui sanctum Virum in carcere immanitatis; nihil minus: putavit se obitari ad nefas propter juramentum, *constitutus est propter juramentum.* O vulpinam calliditatem, de qua August. (Ser. 11. de sanctis in Ameer.) *Tempto promittitur; sed temerarie magis implatur!* O mei Christiani! quoties eodem colore scelerata vestra delibare contentidit? insidiatur quis proximo, quanto evidentius nocet, juramento se obstringit; non adulescentem, donec injuriam ultus fuerit: & quamvis postliminio demoneatur, putat tamen se tenet, se obstringi ex juramento. O calliditatem! alia, dum pie rogatur, ut illas choreas, & conventicula fingeret, quibus hactenus sine damno animae nunquam interfuisse, audacter reponit, se promissit invitantis, non posse se sine honoris dispendio abesse. O calliditatem! &c.

8. Hanc castellanam possem prosequi per mille alia scelera: Non fit mendacium, quod non dicatur esse necessarium propter officiositatem: non fit furtum a famulo, quod non competere sibi autimet ob labores stipendio majores: non fit detractio, quae non pallietur sub tegmine veritatis: non fit dilatio restitutionis sine in iama, sive in bonis fortuna, quae non excusatur per impossibilitatem: Verbo: *veritissimum est sicut Seneca (Epist. 117.): Nullum vitium est sui parocino: Vita nostra, qua amamus, defendimus, & malum excusare, quam excusare.* &c.

9. Verum, abrupto orationis flo, jam tandem interrogo, mi Christiane! an putas haec obsequia, has oppilationes coram Divino tribunalis aequae, ac coram mundo validatas? Eheu deciperis! si ejusmodi excusationes robar habere, quis tandem peccare, quod damna affert? plane nemo; quia ab origine mundi usque

hoc nullum unquam scelus patratum est, quod excusatione caruit. Quomodo si haec pallia sufficere essent, quod benedictos, velim, nemo vel ex ipsis crucifixionibus Christi reus foret de crudelissimo Deicidio crimine; quia nullus erat absque excusatione: an reus erat Judas? atqui ille excusare se potuit, dicens: ego Pharisaeus adhuc in tempore palam annuntiavi innocentiam Christi. *Peccati teadum sanguinem justum.* (Moth. 26.) An reus erat Synagoga? atqui haec excusare se potuit, dicendo: ego Christum reliqui iudicio Pilati, & de cetero protelata sum, (Joan. 18.) *nostrum non licet occidere quemquam.* Ergo reus erit Pilatus? atqui ille excusare se potuit, dicens: ego nullum non movi lapidem pro liberatione Christi, publice manus laevi, eumque pro innocente declaravi, neque partem inique mortis habere volui: *Innocens ego sum a sanguine justis hujus.* (Matth. 26.) Ergo tandem dzmon reus est, qui hos omnes infligavit; sed & ille excusatione non caret: esto, inquit, quod primitus indignam Judaeos ad mortem Christi; sed postliminio omnino adhibui operam, ut eandem impidirem: hunc in finem commisit terram uxorem Pilati, ut maritum ab iniqua sententia deterreretur: &c. Res mira miridima! moritur Christus in cruce, & nemo vult esse Deicida: omnes excusationem obtendant, & tamen omnes in inferno ardent: &c. &c.

10. Epilogus. En mi Christiane! quod excusationes, & pallia scelerum, quae ad styllum, & genium versipellis mundi, inveniuntur, coram Deo nullius momenti sunt: nihil valent, etiam si millenas necessitates, honestates, iustitias, Dei gloriam, alioque coloratos titulos obtendas: ardent in inferno milliones damnatorum; & tamen fere nullius excusationibus caruit, quibus tu securitatem tuam frivole inedicas: Quare in actionibus tuis cum simplicitate secundam aulam Dei legem progredere: te velint iniqui te captiosos persuasivibus ad nefas detorquere, cogita semper illud Davidicum: *Narraverunt mihi iniqui salvationem, sed non ut lex tua.* Amen.

Dominica VI. post Pascha.

CONCEPTUS III.

De sexto peccati remedio, videlicet frequenti usu Sacramentorum Poenitentiae, & Eucharistiae.

Cum venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis a Patre, Spiritum Veritatis, Joan. 15.

EXORDIUM.

Per Paraclitum intelligi potest Christus, ob triplex hujus vocis significatum. Atque hoc triplicem munus maxime Christus exequitur in Eucharistia.

1. Quamvis pro hac voce Paraclitus communiter, ac ordinarie intelligatur

tertia Divinitatis Persona, nimirum Spiritus Sanctus: nihilominus indubitatam est per eandem intelligi etiam posse secundam Deitatis Personam Christum Dominum, qui humana carne velatus, triginta tribus annis in hoc mundo conversatus fuit, & hodieam nobiscum in Sanctissimo Eucharistiae Mysterio praeservat. Id quod ipse Redemptor insinuans, ait: (Joan. 14.) *Regabo Patrem, & alium Paraclitum dabo vobis.* Notate verba: *Alium Paraclitum,* supra quae verba Doctissimo Cornelio (a Lap. lib. 7. 16.) annotans, inquit: *Hinc patet, quod Christus quoque fuerit Apollolus, & fidelium Paraclitus.* Item affirmat S. Augustinus, in quibus: (11. 74. & 75. in Joan.) *Quod ait, regabo Paraclitum dabo vobis, ostendit & seipsum esse Paraclitum.* Ita est: omnia significata hujus vocis apposite conveniunt Christo: quid enim significat haec vox *Paraclitus?* significat, ait idem interpret, Advocatum, Exhortatorem, & consolatorem. Christus Advocatus noster est, quia causam totius humani generis in se suscepit, & coram Divini Patris Tribunali evicit, dicente Apostolo: *Advocatum habemus apud Deum Jesum Christum.* Christus Exhortator noster est, quia praecipuis, monitis, ac exemplis ad virtutem, virtute bastimoniam potenter nos estimulat. Christus denique Consolator noster est, quia in tribulationibus est refugium, & unicum spei nostrae fundamentum. Singulariter hic adverteo, omnia haec tria munia Advocati, Exhortatoris, & Consolatoris esse talia, quae cum multiplicitate, ac frequentia exerceri solent: quia enim eliens ad hanc intricata anxius, & de victoria dubius non sapis recurrat ad Advocatum? quis desisti animi miles non sapius audire desiderat Ducis sui ad generosa certamina exhortantis monita? quis lethali infirmitate afflictus eger non sapis vocari jubet Medicum, unicum in periculosa aegae consolatorem? quid volo dicere? nempe sapis, ac frequentius recurrere oportet ad Christum Eucharisticum, qui est nostrum in adversitate refugium, nostrum in afflictione solatium, nostrum in egrotatione pharmacum, nostrum in infirmitate sustentamentum.

2. *Proposio.* Dilucidissimi Auditores! advertitis, ni fallor, cui materiam praesentiarum tractandae praedidam. Nimirum praesentiam sextum, ultimamque peccati remedium, quod est persequens usus Sacramentorum Poenitentiae, & Eucharistiae. Multum vult contra peccata timor Domini, multum fuga occasio, multum conscientia primae tentationis, multum fuga otii, multum orationis devotio; sed frequens usus Sacramentorum est remedium omnium quae condicuntur, & complementum. Frustra persequeris e suis fordibus emergere nistur, nisi hoc pharmaco salutaris frequenter utatur. Favere, *Christus insinuat Eucharistiam, ut frequenter ea utamur.*

3. *Confirmatio.* Inexplicabilis est ejus caritatis



immetitas, quia Divinus mundi Redemptor se nobis in cibum dedit, non tamen inexplicabilis est tantæ caritatis finis, ac scopus, qui maxime in eo consistit, ut miseris peccatoribus efficacissimum contra peccata medicamentum relinquere. Agit nobiscum Dei Filius, velut amantissima Mater cum filio; coniungi forte, ut puerulus, & similitudinis dilapsus, ad marginem undosi fluminis arrepat: exhorret Mater, dum videt periculum charæ sobolis; & quid agit? an voce, & nutu revocat? ad metuendum est, ne immergera proles voci non obediat. An fugientem violenter insectari, & apprehendere satagit? ad periculum est, ne prius in undas fugiens labatur, quam teneatur. Audite ingenioium amoris inventum: afflicta Mater in his angustiis aperto sinu ostendit filio ubera, floque allicit, ut peregrinam viam, qua ad fluminis præcipitium arrepererat, libens reverteretur. Prolixus similis esse videtur Christi in Sacramento amoris operatio, quamquam pro dolor! in multis Christianis non appareat similis effectus. Videt Christus fidelem animam, instat improvidi pulsionis, ex amabilebus Providentiæ suæ brachiis fugientem, & excitam infernalis barathri crepidinem, in ministeria æterni interitus periculo versari: quid agit? vociferari non expedit; quia obstinati peccatoris vocem ejus non audiunt: minas tentare nil proficit; quia illi desperandi in majus discernim se propiunt. Nempe hoc agit, sinum aperit, Divinæque mammillas peccatori exhibet, quibus ipsi Paradisi Príncipes lactantur, *Mammilla Regum lactaverit. (Isa. 66.)* ut tali esca allectus inleix in sinum Domini sui se recipiat. O immensam Christi Domini Bonitatem, qui avidissime desiderat, ut quoties in peccati periculum adducimur, quoties insurgunt venti tentationum, quoties in corde nostro refrigeret caritas, toties ad hoc Eucharistica ubera recurramus! Inter alias ceremonias præcipit Dominus Moysi, ut singulis septimanis in tabernaculo super mensam poneret panes propositionis: mensam autem non voluit circumponi, quin ut haberet *autem cultor, sanguinatus. & in latitudine cubitum.* Quomodo ergo in spatio tam angusto collocari poterat duodecim panes, quorum in antiquitate, teste Cornelio, tredecim libras appendebat? Nempe panes debebant collocari unus super alium, idque maxime ideo, ut, quamvis heri posset, conservarentur calidi: si panes libenter collocati singularem, brevi perdidissent calorem; sed Deus voluit, ut poterantur panes calidi. Nota tibi hoc præceptum, mi Christiane: per Communionem Paschalem in corde tuo inflammatus fuit calor Divini amoris: quid hostilem de tuo superest? an? nil nisi tepiditas, & glacies: scis, qua arte conservare debeas calorem? ponendi sunt panes unus super alium, frequentanda una Communionis super aliam, & quidem utque ad numerum duodecim, id est, singulis septimanis per annum.

4. Non oblatret hic quisquam, Ecclesia non præcepit sæpius Communionem, quam unica vice per annum. Hæc, inquam, non audit quisquam offerere; compendiose enim respondendo; non præcipit quidem, sed optat: frange filium, gravi acritudine decumbentem; accede cara Mater; & dum æger medicamentum; aut cibum sumere pertharctat reari, dicit illa; fili mi, amore mei tunc bolam tantum unicam; contenta quidem est, si ille buccellam unicam manducet; interim tamen perquam avido desiderat, ut filius ex integro sanus ad salubritatem usque se revertere possit. Eodem modo sancta Mater Ecclesia, videns maxime Christianorum partem ob concupiscentie febrem Divinam hunc cibum nauticare, etiam illa cuius dicit: Fili mi, saltem semel quotannis ob amorem Patris tui celestis, & mei Matris tuæ carissime hunc medicamentum: Sed licet ita dicat, tamen ardentissime optat, ut omnes sæpius accumbant, & inque vivant, ut quotidie accumbere possent. De hoc certe desiderio dubitare fas non est, cum interem Ecclesia lacenter explicit optimis interpretis, Concilium Tridentinum, inquit: *(Sess. 22. c. 6.)* optare Patres, sibi congregatos, antiquum illum primorum Christianorum renovari servorem, qui quotidie pane hoc Eucharistico vescerant; & quæ ob temporum nostrorum frigiditatem, morumque corruptelam tantum ipsorum non poterat, prudenter omnes adhortantur, rogat, & adjurat per Divinam Misericordiam videri, ut saltem frequentius hoc celesti cibo se reficiant. *(Sess. 19. c. 8.)* Similia semper fuerunt sanctorum Doctorum desideria, qui nobis Ecclesia voluntatem declarant: ut taceam SS. Augustinum, Ambrosium, aliosque; & S. Thomam *(3. p. 2. q. 10. art. 10.)* citans Iustitiam verba, in Concilio Basiliensi annotata, & quod asserunt omnes Catholicos Doctores laudasse, admodum esse, & continuo scriptis suis SS. Eucharistiam ætium commendasse, tamquam rem non solum utilissimam, sed ad virtute vivendum necessariam. *Quod sapere necesse digne & devote fit valde proficuum, immo summe necessarium, omnes Doctores Catholicos laudant, hactenus, admodum incessanter hæclem Populum.*

Homo peccator hanc perseverare potest in hanc sua Eucharistia frequentis usque.

5. Dicitur frequentem Communionem non tantum esse proficuum, sed summe necessarium: Vultis rationem? percipite: Homo præterim peccati veneno semel, atque iterum infectus, ex seipso est debilissimus, natura in malum proclivis, vires anime per iteratos lapsus valde attrita, concupiscentie ardor ingens, tentationis insidie inextinguibiles: Quoties, mi peccator, in iudicio tribunalis tuam fragilitatem cum genui deploras, experientia doctus, quod vitam manatorum Dei pluribus fere lapsibus, quam gressibus signaveris! quid facti opus tuis

Revera necesse est, ut vires supernaturales gratia fiat tante, aut fortiores, quibus animus continuo erigatur ad bonum, quantum caro depravata inclinat ad malum: Si veniam, quod fortis, valde forte, & æsthaliter operativum est, oportet, ut etiam cheriam, & æsthalitum forte, & operativum sit. Purem in modum, si infirmitas hominis, & proclivitas in malum magna est, magis etiam esse debet gratia confortans. Unde patem, ex quo fonte lauritur illi gratia? ex frequentia Sacramentorum. Quid proficit in anno semel extingui peccata, nisi & concingatur voluntas peccandi? ubi autem, & quomodo obtrinetur iste effectus? per sacram Communionem, dicitur Sancto Paschasio: *(1. de Corp. & Sang. Dom.)* Sacramento Confessionis peccati nos liberat, Sacramento Eucharistia nos liberat a voluntate peccandi.

6. Quisquis de hoc effectu dubitat, pluribus opus non habet, quam ut illa primitiva Ecclesia temporum nostris conferat: plane quemadmodum statua illa Nabuchodonosoris caput habebat ex auro, pedes ex argento, femora ex ære, & denique pedes ex luto; ita in Ecclesia coactivis videtur: prima illa nascentis Ecclesie tempora erant auro; quia plena sanctitate: nostra sunt lutea; quia plena iniquitate: unde autem tanta morum differentia? Nempe ex diverso usu SS. Eucharistie: Primis illis temporibus tenebantur Christiani sub pœnis gravissimis quotidie communicare; uti S. Thomas *(3. p. 2. q. 80. art. 10. ad 5.)* ex horridis illis Sancti Anacleti Pape verbis colligit: *(De conf. d. 2. c. 6. parva.)* Peracta conversatione, omnes communicent, qui voluerint Ecclesiasticis carere similibus. Et hæc consuetudo sat diu duravit, ita ut S. Hieronymus testetur, ad sua usque tempora in Ecclesia Hispania perseverasse. En pulcherrimum caput ex auro: sed ecce, succedit pedes ex argento: paulatim ardor ille cepit insepescere, unde S. Basilus commemorat, suo jam tempore non amplius solitos esse Christianos quotidie communicare, sed quaternis tantum vicibus in hebdomada. Pectori argenteo succedit venter ex ære; quia, ut scribit Augustinus, quidam solum die Dominica caelesti mensa accubuerunt: Nostris vero temporibus ignobilis illa pars obtigit; lerne enim valde devotus existimatur ille, qui quovis mente semel communicat: quin immo aliqui Christianorum a primis illis Christianis turpius, quam lucum ab auro degenerarunt, nempe illi, qui usque tantum vice de anno communicant. Nihil dicam de his impudentibus, qui alios, frequentius ad sacram Synaxin accedentes, explodunt, substantant, pro devotius proficiant, ac mille vexationibus profundunt: hi milis digni sunt, quam ut luto comparentur: fatellites sunt diaboli, emissarii demonis, qui dum in seipsis perversti sunt, sustinere haud possunt, ut alii boni sint. Quid mirum, quod virtuti jam succederet impietas, & ubi in Ecclesia olim floruit morum sanctitas, jam in tanta

tepiditate vitæ triumphet? restituitur Ecclesie prima illa Eucharistica refectiois frequentia, & una restituitur illi virtus, ac innocentia!

Præterim qui fuit ante valde vitæ deditur.

7. Præcipuis autem hoc celesti pharmaco opus habet peccator, qui paulo ante peccatorum oceanis profunde immerlus, jam ad vitæ melioris auspicia sero aspirat. Profecto sicut æger convalescens medicamine confortativo indiget, ut morbi recrudescens vitæ prævertat; ita peccatori remedium tale necessarium est, quo contra anime morbos, & tentationis insidias se communit. Quale autem est illud remedium? audite effectum S. Inatii Martyris: *(1. ad Ephes.)* Eucharistia est. Medicamentum pugnat vitæ, & omnia mala expellit. Hæc virtutem habet omnes habituales infirmitates sanandi, & ab actualibus præservandi, passionem dico inordinatam componendi, factiones inveniendi, cogitationes, animique ad meliorem ventum, quam qua ante lesionem gudebat, redacendi. Verum quod bene notandum hæc omnia palliat, ac successive operatur; quia nostra dispositio, quo ordiaris valde imperfecta est, se conformat. Ex quo clarescitur, quod Eucharistia longe magis fit necessaria peccatoribus, quam virtuti deditis; licet enim innocens aliquis firmiter perseveret in gratia, utur rarius hæc facra mensa utatur, id tamen ponenti non perinde succedit. Quando fructus arboris sint sani, ad eos se conservandos sufficit parum trimanis; ad quando jam corrupti sunt, plus quam ordinaria opus est diligentia; bullentes enim saccharo immergendi & condendi sunt; alias putrefient.

8. Neque solum homini peccatori post conversionem inleiti sunt hestes demeritæ, illa nimium, quam diximus, nature fragilitas, prævi habitus, & concupiscentia, ac passivum rebellio; sed insuper infernalis latro juratissimus animarum inimicus: ille post conversionem peccatoris dolenter videns, prædam dominio suo claptam, machinas omnes admoveat, ut perditam recuperet. Quæ arte maxime utitur? Barbati quidam populi Abyssinis vicini, ilique perquam insenti, expectant, donec Abyssini post rigidissimum jejunium, pro more sua Religione observari solitum, debilitati sint, vitreque amiserint: tunc ex improviso eos aggrediuntur, & stragem edunt. Eodem modo diabolus agit cum Christianis, si videt eos jejunos, & a caelesti hos Epulo diu abstinente: tunc eos ex insidiis aggreditur, bene gnarus, si hoc caelesti Consortamento non roborentur, faciem sibi fore victoriam. Audire, & obitupeate mirum hujus rei eventum. Adolescens quidam infans amore depræbit seminam matrimonio junctam, quam nulla arce (nam illa honestatis tenax erat) in sua perisda desideria pellere poterat. Hinc, amore in odium verso, Magam adiit, qui rogatus, magicis suis incantati-



tationibus effecti, ut mulier illa omnibus in equam mutat videretur. (Psal. i. 8. c. 19.) Cogitate, quis mariti in hoc spectaculo fuerit Sentis! miseram alloquebatur; sed non aliud accipiebat responsum, quam recalcitrationes. Unde post tres dies, absque ullius cibi frustione transactos, sumi alligatam ad S. Macarii cellam deduxit, qui spiritu illuminatus, id quod erat, agnovit. Accepta proin aqua lustrali feminam aspergens, lesitque super eam quibusdam precibus, pristinae formae restituit. Sed scietis, quam salutaria illi monita dederit? ut scilicet quam posse sapissime communicaret, docendo illam, ideo tantum potestatis in eam habuisset diabolum, quia plus, quam integro mense a sacratissima Christi Mensa abstinuerit, &c. O mi Christiane! si tantum potuit demon in corpus hujus feminae, quia sacram Communionem supra mensem distulit, quid mirum, si te anima tenus in equum, in mulum, in porcum, in asinum mutet, cum sanctissimo hoc Convivio saepe anno integro abstinere? &c. &c.

9. Epitaph. Quaris fortasse pro coronide, quoties Christianam Eucharistici Epuli convivium esse oportet? dico, singulis ad minimum mensibus: *Buccinate in Neomenia tuba*, admonet Psalmista, (Psal. 80.) id est sic peccator, cujus symbolum luna instabilis est, singulis mensibus cum luna deficit, ita singulis mensibus cum luna fe recedere debet: *Buccinate in Neomenia tuba*, &c. &c. Amen.

Dominica Pentecostes.

## CONCEPTUS I.

De beneficiis, donisque, quae Spiritus Sanctus Ecclesiae contulit.

Paracletus autem Spiritus Sanctus... ille vos docuit omnia. Joan. 14.

## EXORDIUM.

Magnum est beneficium creationis, & redemptionis. Sed non minus beneficium justificationis.

1. Magna est, immensa est obligatio, quae Orbis universus, & praecipue pars melior Orbis, videlicet Ecclesia Catholica, tribus Divinis Personis obtingitur; Patri quidem ob beneficium Creationis, quod, teste Bernardo, (in Psal. Qui habitat.) tantum donum est, verum magna res est ipse homo, substantia, vita, anima, voluntas libera, corpus, sensus, verumque omnium usus ex creationis dono nobis profuerunt; dono tanto liberaliore, quo minus antea homo, in suo nihilo constituitur, promereri quidem poterat. Divino Filio obstricti sumus ob beneficium Redemptionis: creati sumus ex nihilo, sed non redempti ex nihilo, & dum creatio pluribus

haud consistit, nisi unico verbulo, *Fiat*, certe Redemptio Incarnato Dei Filio labore, sudore, planctu, spuitis, alapis, spinis, cruce, & immenso sanguinis profusio constitit. Denique Spiritui Sancto obstricti sumus ob beneficium Justificationis, quod creato, redemptione operi per infusionem gratiae supernaturalis quasi ultimum colophonem, perfectionemque addit. Tria requiruntur ad artefactum alicuius itatae: materia, & hanc habemus ex Creatione: instrumenta, & hanc habemus ex Redemptione: & forma, & hanc habemus ex Justificatione. Sed quaeret aliquis, cui ergo ex Divinis Personis maximo obligationis vinculo obstringamur? absit a me, hoc decidere: hoc potius vestro relinquam arbitrio.

Quanta beneficia Spiritus Sanctus Ecclesiae praeserit. Ecclesia horum est: Spiritus Sanctus est ventus secundarius.

2. Proposio. Et ego solum in medium proferam, quam innumeris, & magnisque beneficiis Sancti Spiritus liberalitas Ecclesiam cumulavit: hoc fructus inde hauiemus, ut profundissima gratitudine hanc Tertiam in Trinitate Personam hodierno festo adoremus. *Veni, Sancte Spiritus, & emitte calitum lucis tuae radium*, &c. (Ecl. in hymno.)

3. Divisio. Dilecta illa Sponsa in Canticis amenissimum construxit hortum: hanc arboribus, plantis, areolis, floribusque elegantissime distinguit; demum, rebus ita compositis, secunda ventorum spiramina invitare coepit: *Veni, aufer, perfla hortum meum, & fluens aromata illius*, &c. (Cant. 4.) per amantissimum hortum illum intelligit Cornelius a Lapide (hic.) Ecclesiam; per auctum autem Spiritum Sanctum: *Veniat aufer, id est, Spiritus Sanctus, qui sua gratia calore, & fervore faciat, ut Ecclesia, & fideles suavissimum virtutum omnium odorem per sanctiorum eorum operationes experiant.* O quantum, flante Spiritu sancti gratia, in firmitate fidei creverunt cedi Apostolorum! quantum roboratae sunt lauri Martyrum! quantum creverunt in sublimitate contemplationis cypressi Doctorum! quantum creverunt olivae Confessorum ex ictibus tentationum factae secundiores! quantum dealbatae sunt lilia Virginum! quantum denique per perseverantiam fructificaverunt palmae omnes fidelium! *Veni, aufer, perfla hortum meum*; sine te enim arefcant omnia! Repetamus singula.

§. I. Spiritus Sanctus animas Apostolorum.

4. Quantum gloriatur Ecclesia cum Sanctis Apostolis! En illi viri, qui antea ad unius ancillae vocem conterriti, victi, prostrati sunt, nunc armatos mundi Principes non expavescunt. *Infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia* ait Apostolus. (1. Cor. 1.) Quare autem aliquis, cur Domino Deo placuerit ad

propagationem Evangelicæ Legis tam infirma instrumenta eligere? potuisset habere doctos Platones, Stagiritas, Solones, aut Salomones; cur ergo elegit rudes Piscatores? potuisset habere armatos Caesares, aut Alexandros; cur ergo elegit inermes Discipulos? Percepit, mi Christiane rationem ex figura scripturifica: fortissimus Bellidus Geionem. (Jud. 7.) Madiantas expugnatur, numerum contra illos duxit exercituum. Deus autem præcepit illi, ut dimissis caeteris, plures ad pugnam non adhiberet milites, quam centenos illos, qui vola aquas fluminis lambent. Cur ita? cur per tam paucos voluit manifestus elucesceret, reportatam victoriam non hominum, sed Dei opus fuisse: ita Theodoretus: (q. 13. in l. Jud.) *Erat ut ignavos, & factiosos iussit in hostes ire, ut omnibus perceptum esset auxilium Divinum.* En, mi Christiane, hac eadem ratio est, quare Deus ad propagandam in Orbe universo Fidem rudem, & infirmos piscatores elegerit, nempe, ut advertit S. Ambrosius: (l. 3. in Luc.) *Ne tradidisset potentia, ne ademptisset divitibus, ne potentia, nobilitatisque auctoritate transisse videretur.* Etenim quid potest esse mirabilius illi, qui ante in Passionem Domini sui in fugam aberunt, nunc inter gentes regionibus diuturnas, animo incultis, moribus barbaras, Christi doctrinam intrepide evangelizant: illi rudes piscatores, qui Divini sui Magistris causam apud impiam Synagogam nec unico verbo tueri callebant, nunc differunt oratores linguas loquuntur omnium: (Act. 1.) stupebat Parthi, Medii, & Elamitæ, Proselitæ, Cretes, & Arabes, stupebant advenæ, qui ex Mesopotamia, Judæa, Cappadocia, Ponto, & Asia, Phrygia, & Pamphilia, Ægypto, & partibus Lybie advenerant, stupcebant, inquam, quod eos suis quicunque linguas loquentes audierint. Et unde hæc mirabilis linguarum notitia? Audi Epiphanium: (serm. 57.) *Unde donum linguarum, & gratia sermorum, nisi ab illo Spiritu, qui etiam ante infantium, & lactentium perficitur?*

§. II. Spiritus S. confortat Martyres.

5. Quantum gloriatur Ecclesia cum Sanctis Martyribus! En, generosi pugiles, & fidei athletæ, ut cum Gregorio Nazianzeno (serm. 20. de Marthab.) loquitur, tormenta quasi defavor præcipientes, tanto numero suo iniquae Ecclesiam secundarunt, ut solum sub Diocletiano, & Nerone fuerint centum sexaginta milia Martyrum, qui corpora sua ad cruciatum ultro pro Christi fide obtulerunt, ut tacam innumera-biles alios, qui *lacrimis, & verbera experti, insuper & vincula, & carcere, & lapidati sunt, seculi sunt, tentati sunt, in aciebus gladii mortui sunt*, (Ecl. 11.) quorum numerus coeque exarcebit, ut Ecclesia singulis anni diebus ad quadraginta Martyrum milia venerari possit. *Quid mirari poterit, multitudinem sanctorum*, inquit

Baronius, (anno 53. v. 108.) *qui in saltitudine, & montibus vagi, errantesque, fame, siti, frigore, morbo, latronibus, bestis, fuerunt extenuati?* Et quod mirandum maxime est, lassabantur tortores, non lassabantur Martyres, victi illudebant victoribus, & alacrioris erant ad vulnera recipienda, quam Tyranni ad inferenda. Quod magis mirandum est hæc prodigiosa fortitudinis exempla non ab Herculeis Heroibus, qui a prima juventute ad ardua quævis certamina indurati fuerunt, sed ab imbelli sexu, & a puerulis, infantiam vix bene egressis, edita sunt. Quam fuit Sancta agnes? tredecim annorum Virgunculæ, & tamen cum post superatos colaphos, equules, & rogas capite plectenda esset, atque carnificis timens, ac tremens expalleceret, Virgo illi animos fecit, inquam: *Quid perculsor morari? percat corpus, quod amari potest oculis, quibus nolo.* (Vide Festum S. Viti.) Quam erat Sancta Prisca? Nobilis Virgo Romana, tredecim annos nata, & tamen sub Claudio Imperatore Christiana infidelis accusata, pugnis, carceribus, ferventi adipe, incidia, unguis, & equalis excarnificata, inauditum, & vel ipse Viris inimitabile fortitudinis exemplum reliquit. Quam erat S. Basilissa? Novem annorum puellula: & tamen verbera, ignes, bestias, Divina virtute superavit, & in oratione purum Deo spiritum reddidit. Quam erat Sanctus Celsus? terribissimus vix duodecim annorum adolecentulus: & tamen cum Magistro suo Nazario ad gladium damnatus, tanta cum generositate ligori cervicem præbuit, ut aulus sit in ipsa mortis arena Tyranno insultare. Quam erat denique Sanctus Vitus? quindecim annorum puerulus: & tamen exiliis, carceres, catenas, ac serventem resnam perpeffus, contemptis tam blandimentis, quam tormentis Tyranni gloriosus Martyr occubuit. Taceo plura huiusmodi Christianæ fortitudinis prodigia, jam alibi, nempe in Festo hujus ipsius sancti Martyris factis dilaudata, & solum interrogo, unde tam insuperabilis constantia? unde? possum certe respondere de singulari, quod Sanctus Leo (in Natali S. Laurentii) affirmavit de Sancto Laurentio. *Segnor filii ignis, qui fortis uesti, quam qui intus accendit.* Intus autem accendit ignis Spiritus Sancti, qui hodie in forma ignis apparuit.

§. III. Spiritus S. erudit Doctores.

6. Quantum gloriatur Ecclesia cum Sanctis Doctores! hi sunt fulcra Ecclesiae, veritatis propagatores, Scripturarum interpretes, fidei circuli, Evangelii præcones, hereticorum malei: his protestatoribus semper Ecclesia petra inconcussa stetit. Quotiescumque ex ore laucibus monstrata heresis erumpens, hæc veritatis arcem oppugnavit, toties ex adverso nonnullus ex Sanctis Doctoribus se salubri opposuit; ita Sanctus Irenæus contra Montanistas, Sanctus Antonius contra Donatistas, Sanctus Augustinus







clibus? & alibi: *Vere alia verba non faciunt sanctum, & iustum; sed vitiosa vita efficit Deorum, &c.*

§. II. Scientia S. Spiritus prestat Medicorum Scientia.

Subeamus Medicorum Mulseas: heu! quantum iterum labor! hic evicerantur cadavera, perflustrantur scelera, exploratur artuum humanorum symmetria: hic eliquantur plantarum succi, distillantur medicati liquores, pharmaca ad Galleni regulas instruuntur. &c. An hic refidet vera sapientia? nihil minus: frustranei sunt plerumque conatus: contra vim mortis non est medicamen in hortis. Sanctus Rex David, cum decem plagas Egypti recenseret, specialiter memorat, moros omnes a pruna fuisse destructos: *Et moros eorum in pruna.* (P. 77.) singulariter hanc animadversionem adiungit: *Respondetur;* quia mori alius contra prunas securus fuit, ideo reflexe addit Psalmista, etiam has contra pruna Dei punientis non fuisse defensas: *Quot homines sunt, qui contra morbos velut mori contra prunas, se propugnant, & tamen non est cassum contra Dominum, ait Labbata, (V. mar. prep. 4.) omnes sollicitudines, ac precautions contra mortem nil valent. Heu! quantum mortalium plurimi sustinent, ut vel unum annum vite sue adjiciant; quam pretiosam mercedem statuunt illi, qui ferro, & Amaris potionibus in illos sevant; quid non Antigonis archiatro suo Eretritate donavit; quid non Phalaris medico Policleti? nunquid notorium est, celebrem illum Galliarum Regem Ludovicum undecimum fanitatis amore Medico suo in menses singulos decem fecuturorum millia dedisse, quamvis ab illo nil nisi cruciatus, & tormenta reciperet? &c. Quid de his Medicorum industriis censendum paratis? bona eorum venia dixerim, saepe non nisi turpis quaestus est: laborat insensatus homo, ut corpus non moriatur; quod tamen indispensabiliter mori debet: non laborat e contra, ne moriatur anima, quae tamen ad vitam immortalen nata, factaque est. &c. Haec igitur scientia non est vera sapientia, quia contra mortem anima non defendit, consequenter non est illud, a quo dependet omnia, dicente devotissimo Kempense: (l. 1. de imit. Chr. c. 1.) *Vanitas est longam vitam optare, & de bona vita parum curare: vanitas est, praesentem vitam solum attendere, & quod futuris saepe non providere.* &c.*

§. III. Scientia S. Spiritus prestat Juris prudentia.

Ingrédiamur Juris peritorum curias: heu! quantum iterum diceptationes, ac jurgia! hic caute ventilantur, lites componuntur, Justiniani edicta evolvuntur: *memor, ac tuum* (bigdum illud verbum) inter partes dividuntur. &c.

An hic refidet vera Sapientia? nihil minus: non infrequens est, quod Juris-consultorum responsa, Advocatorum litigia non cedant in partium solamen, sed deperperationem, & plus nocentem inferatur litigantibusque, quam illis in aera fuit illatum injuria. Discerebant invicem leo, & aper, quorum uterque praerogativam honoris, ac praecedentiae sibi arrogabat, junque in arena constituti litem consensu decidere volebant; cum ecce numerofam in aere vulturnum turmam circumvolitare conspicerent: obstupere ambo; & dum sanguinem suum fitiri animadvertent, diffidia sua amice composuerunt. *Quo partes litigantes: vos judicio contentiditis, & ecce, confestim adsunt scribae, & legules, qui vestra inflammata odia, contentiones incendunt, ad processus judiciales invitant: sed quo fine? nempe vindictae sunt, vestram crumenam, vestrum sanguinem fitiant: ideo discrete monuit Christus: (Matth. 5.) qui vult terram in iudicio contendere, & unicum tuum tallire, dimitte ei & pallium; factus enim est dimittere & pallium quam prolis Advocatorum vexationibus expectari, qui sub pretexta iustitiae duplicis, & exceptiois, & protelationis, interducciones, aliquando innumera accumulatur. Quid de hoc Juris-Consultorum labore censendum est? Turpis ambitio est. Saepe missi fiti per alienae felicitatis ruinas, ad magnas divitias, ad magnos honores evincuntur; haec autem Scientia vera Sapientia non est, quia coram Divino tribunali nil proderit novisse, sed fecisse iustitiam, consequenter non est illud, a quo dependet omnia, dicente devoto Kempense: (l. 1. de imit. Chr. c. 1.) *Vanitas est divitias perituras quaerere, & in illis sperare: vanitas quoque est honores ambire, & in illis latere se extollere.**

§. IV. Scientia S. Spiritus prestat Theologica Scientia.

Intraemus denique Theologorum palaestras: heu! quantum iterum labores, quantum argumentorum subtilitas! hic in ipsa Divinitatis arcana oculorum acies defiguntur, subtilissima Fidei mysteria acute explicantur, peccata, obligationesque sub consideratione trahuntur. &c. An hic refidet vera Sapientia? nihil minus: multoties enim inanis, & inutilis speculatio est: sicut vir doctus, & eruditus in regione septentrionali, in qua nulla sunt vites, de vineae cultura, & deque vini potu, ejusque enegibus copiose poterit discere, sed qua vitem nunquam gustavit, praecae nescit, quid sit vinum, quomodo lactifec cor hominis, quomodo multoties vitinor in regione meridionali: ita plane contingit, ut aliquis de plebe, qui nec legere quidem novit alius de Deo, rebuque Divinis scientia experimentali loquatur, quam Vir magni nominis, qui totum vitale tempus in studiis Theologicis contempsit. &c. Quid ergo de his Juribus Theologicis censendum est? inutilioribus

ne careant, & pure in speculationum subtilitate quiescant; turpis vanitas est. Cum aliquando ad Divinum tribunal ventum fuerit, non instituetur quaestio, quam docti, sed quam sancti fuerimus, consequenter haec scientia non est illud, ex quo pendet omnia, dicente iterum devotissimo Kempense: (l. 1. de imit. Chr. c. 1.) *quid prodest tibi, alia de Trinitate disputare, si carnis humilitate, & unde displicet Trinitati? & Observa sentio compunctionem, quam scire ejus definitionem.* &c.

8. Epilogus. Quid ergo demum est, quod Spiritus Sapientis insinuare vult per illud omnia? quid indicat ista gnomo: *Ule voi docebit omnia? Christianae animae; audite & alte cordi immergete Epiphonema ex eodem devotissimo Kempense (ibid.)* *Ista ex summa Sapientia per contemptum mundi tendere ad regna caelestia: Salvare animam, hoc est punctum maximum, ex quo pendet omnia: hoc quisquis consequitur, consecutus est omnia: hoc quisquis perdit, dimittit omnia: Cetera cuncta, quae mundus aestimat, uti divitiae, honores, scientiae, atqueque sunt merca mercissima vanitas. &c. Atque sic demum, Auditoribus, in schola Spiritus Sancti finitae est hodierna lectio: felix, quisquis hoc caelestis sapientiae punctum sedulo notat; ille enim immortalis olivastulo vere exclamare poterit: *Amici, omnia invenimus. E contra infelix, quisquis hoc summi momenti punctum negligit; ille enim cum misero illo Angliae Rege exclamare cogetur: Amici, omnia perdidimus.* Pax sit Deus, ut primum illud, non hoc secundum asequamur, & sic finitur lectio: punctum fati est. *Illud est, quod dicitur: Quisquis vult vitam salvare, seipsum perdat.**

Dominica Pentecostes.

CONCEPTUS III.

Homini Christiano de salute sua, & perfectiora fragilitate exponitur, quid possit humana fragilitas adjuvante Divini Spiritus gratia. *Repleti sunt omnes Spiritu sancto, & carperunt. Inquit vultis loqui.* &c. Act. 2.

E X O R D I U M.

Humana fragilitas potest sepe fieri omnipotentem per gratiam.

Nec alias deceptiones, quibus infernalis Veterator animas dementat, vel maxime ea est, qua hominibus Christianis multoties melancholicas apprehensiones de difficultate salvandi suggerit; proponit illis naturae fragilitatem, praepertorum multipliciter, peccatorum pericula, occasionem superfragiam, viamque calidam adeo arduam depingit, ut pusillanimes nonnulli saepe in trites quatuordecimas erumpant: Eheu! inquit, nostrae vires non sunt iugo Christi pares, nostri pedes non sunt idonei re-

rendis cardus, & sentibus: difficultates, quae se quotidie ingerunt in seque Christi, semper faciunt, ut cum alumnatore Averro sciantimus, legem Christiano-um esse legem impossibilitatis. Cur inculcatur nobis constantia, si sumus vitibus fragiliores: cur manifestetur, si filii omni belua ferocius essent: cur continentia, si concupiscentia continuo exardescat? Vicia sunt nobis naturalia, quibus hominem interdicere idem est, ac avibus prohibere, ne volent, piscibus ne natent, quadrupedibus ne ambulent, ventis, ne spirant, fluminibus, ne inundent. Necesse ergo sacri animarum curatores, qui toto anno contra scelera clamitant, taceant, permittantque, ut cum fatigato Elia pusillanimes sub umbra cusudam juniperi fragilitatem nostram deploremus. &c. Verum fides, augusta, peccata; cohibere quaerelas, quibus confutandis non est solum aliquod anni opportunitas, quam hodiecolum. Cur hodiecum? Inimicum infernos piscatores, quos Divini Spiritus gratia in Apostolos mira metamorphosi transformavit: antea erant rudissimi, nunc linguas omnium gentium discerunt; antea illiterati, nunc scientias subtilissimas imbunt; antea ad alioquum unius ancillae prostrati, nunc ad tyrannorum tormenta intrepidum; antea in tentatione fragiles, nunc incontussum; antea arandines, nunc columbae. Unde tam prodigiola mutatio? Ex eo, quia *Repleti sunt omnes Spiritu sancto.* (Act. 2.)

Propositio. Quare in gratiam hujusmodi pusillanimum explicabo hodie, quantum valeat humana fragilitas, Divini Spiritus auxilio adjuva. Proponam vobis, ut cum Cygilla Hierosolymitano (Cap. 16.) loquar, Spiritum sanctum, illum Magnum Per solum, & gratiarum Pareobum, quodammodo in universo mundo alii: castitatem alii: pauperum studium trinitati. Videbitis Diligentiam, facilitatem salutis nemini deesse, modo seria voluntas non desit. Favete.

Lex Christi non solum naturae virtutibus observanda, sed confirmatio. Si legis Evangelicae quis solis viribus navata; sperandum foret, plane fatore de sperandum esset; sumus enim tam imbecilles, ut ne sanctissimum quidem Salvatoris Nomen assequeremur. Divini Spiritus adjuvatore invocare valeamus, dicente Apostolo: (1. Cor. 12.) *Nemo potest dicere & Dominum Jesum, nisi in Spiritu sancto.* Adum est, nisi virtus nobis extrinseca succurrat: Quanam est haec virtus extrinseca? Dei gratia: Haec ut primum nos videret derelictos, e suo solio clamas: *Noli timere, verum laetor, ego Dominus Deus tuus appendo; manum tuam.* (Isaia. 41.) Si auxilium meum implores, statim videbis quod ego sum Deus, qui neminem mihi confidentem derelict. Si aures praebes meis vocationibus, cujuscumque magis operis difficultatem superabis; ego enim subministrare possum & velle, & posse. Hunc in sensum ait S. Bernardus, (serm. 2. de Pentecost.) *quod per naturam est impossibile, per gratiam est non solum possibile, sed & facile fieri.*



*Apostoli per gratiam sancti Spiritus mira mutati.*

4. Huc adesse, dejecti animi! qui ob lapsus praeteritos creditis vos in via sanctorum ne dios quidem passus posse progredi, adesse, inquam, *conites*, & videte opera Domini, quae postea prodigia super terram. (Ps. 25.) Videte, quomodo Dei gratia pastores transformat in Prophetas, publicos in Evangelistas, perfectiores in Apostolos. Finxerunt quidem Poetae milena metamorphoses in maribus Sicilia, in fontibus aegialae, in arenis Lybiae, in adibus Phaenoniam, Cadmi, Pandionis, Priami, Licoonis, Danae: inxerunt lacrimas fuisse mutatas in uniones, sanguines in rosas, capillos inferpentis, puellas in arbores, venatores in cervos, rusticos in ranas; verum hac omnia componi non possunt cum mutationibus, quae quotidie fiunt in peccatoribus virtute Divinae gratiae: Ille ros Divini Spiritus, qui decidit hora teratim, invenit piscatores, & efficit principes; invenit reges, & fecit iudices; invenit Discipulos, & fecit Magistros: ex leporibus fecit leones, ex talpis aegialae, ex peccibus pastores. Jejunia corporum, transferunt in ebrietates spirituum, timores in generositatem, silentia in torrentes verborum, loquuntur non idiomate, & intelliguntur ab omnibus. Unde tam subitanea litteratura 2 audite sanctum Leonem: (serm. de Arab.) *Vbi Deus Magister est, quam cito discitur, quod docetur.*

*Sancti Martyres inter tormenta hilarati.*

5. Quid agitur in palaestris Martyrum? an homines ibi video, aut marmora ad omnes ictus insensibilia? expelluntur ibi tormenta, quibus crudeliora nec ipse daemon potuisset invenire: & tamen in quatuordecim persecutionibus, quae Ecclesia sustinuit, stant generosi Athletae, & imperturbis oculis aspiciunt vincula, quibus capiuntur, compedes, quibus vincuntur, linguas, quibus lacerantur, equuleos, quibus torquentur, acinaces, rotas, sagittas, quibus, securis, quibus crudeliter excarnificantur. Inveniunt bestias, fame ad immanitatem irritatas; fornaeces accensas, cassides ignitas; vident velpas, quorum aculeis nudis exponit fumos, quibus suspensis suffocant, serobes, in quibus vivi sepeliri debebant. Et tamen? quid non potest Dei gratia? & tamen latantur, & exultant. Simion centum viginti annorum senex instar cygni ecclesiis cantat in cruce, & eique respondent pueruli septem annorum Mammetes, & Vius. In craticula gaudet Laurentius, in prunis ardentibus jubilat Theodorus; Pueruli adhuc lactucentes suum sanguinem pro Christo fundere contendant; ita Iustus, & Pastor et trivialibus scholis ad theatrum accurrerunt, ut se Magistros consummatis patientiae ostenderent. Antonius candidis vestibus quasi ovans se neci obtulit. Philappon, ut litteram barbaricam in se concitaret,

taret, cum Apollonia vestes mutavit. Cyprianus canisicem, a quo capite minuentibus erat, bonorum suorum heredem scriptis anteaque ur de sexu etiam sequore loquuntur, multum postea ad mortem. Barbara gladium, Catharinam exultabunda salutat. Dicitur, an non lacrimant sancta incantamenta Divini Spiritus? Videte in valle Agarena plus quam sex millia Tuebhorum, in monte Ararat centum millia occisa, prope Coloniam undecim millia Virginum tradidit. Patet luce meridiana clarius, has pugnas non natura viribus, sed altiori praesidio fuisse initas; quia & ipsi naturales affectus parentum erga proles, prolium erga parentes cedere debebant martyrium fortitudinis. Quis non obstupescat, quod Martha illa filiorum Abacum, & Audifacis morte plus exultavit, quam partu? quis non obstupescat, quod Mater illa Antiochena sub Valente filiolium, a lictoribus ex incuria, aut oblivione relictum, ultra ad Martyrium obtulerit? quis non obstupescat, quod Heroina illa Sebastensis suam eorum Melichionem semimortuum curru iniecerit, quo vehabantur quadraginta Martyres iam ante octid. Proleto varissime enuntiat Clavostomus: (hom. 52. in Ath.) Sanctos Martyres habuisse admanantia corpora; quia adeo generosi inter tormenta triudiarunt. Quis fragilem eamem ita consolavit? Divini Spiritus gratiam? non illi, sed

6. An lubet Divinae gratiae prodigia etiam in sanctis Confessoribus intueri? adeamus eremos, visuri ibi tot, ac tantos, qui conversationibus valedixerunt, ut solitariae vitae vacarent; crapulas exharant, ut jejuniis insisterent; culcitras reliquerunt, ut cubarent super laxa; vestes sericas abiecerunt, ut cilicis se induerent. Viden quomodo pluribus annis ad ripam Nili convivant crocodiles? iam defertis Pontis semper luctentur cum demone? inter nives Scythiae congelentur, in arenis Lybiae ardeant? quanam sunt eorum edulia? pugno olerum celebrant Pascha, modico aqae scim potius iritant, quam relinquunt. Sabinus nihil gustavit, nisi panem bis coctum, Julianus non nisi avenam, & hordeum. Quid dicam de pia levitate, qua in seipos immisericorditer animadvertant? Hieronymus saxo pectus cruenta, Onuphrius se flagris lanat, Benedictus spinis se volvit, Bernardus aquis se mergit. En ibi Eusebium ducentis quinquaginta pondis chalybis onustum, Thaddeum cave arbori exteris undique aculeis includum, Zenonem in tumba viventem sepulcrum. Vides illum senem pro corpore incurvatum? sunt viginti anni, quibus oculos ad caelum non levavit. Vides illum, qui stat erectus in columna? sunt quadraginta anni, quibus non descendit. Vides illum fossam? ibi Macedonius quinquaginta quinque annis delituit.

Vides illud atrium? ibi Acepstina sexaginta annis se inclusit. Aequae hac voluntaria martyria tanto fuerunt mirabiliora, quia hi sancti non inter fasa Deucalionis, non inter horridas Getuli montis feritades, sed inter paterna domus delicias mollior fuerunt educati; Antonius distimporum parentum heres fuit, Arsenius duorum Imperatorum Padaegae, Aegidius nobilissimus sanguine natus, Quis illis mirabile robur addidit? Divini Spiritus gratia. Haec gratia sanctos Dei Famulos ex hominibus ad esse fere Divinum elevavit; quia seras, elementa, totaque naturam habuerunt sibi prodigiose obsequentem; fiere, qui tempestates uno verbo sedarunt; fiere, qui incendia solo nutu extinxerunt; fiere, qui arca cordium penetrarunt; fiere, qui montes transfulerunt; fiere, qui mutis linguas, caecis visum, mortuis vitam dederunt; fiere, qui maria abaque navigio transfulerunt; fiere, qui sine annona populos paverunt; fiere, qui Verbi Divini pices auditores habuerunt; fiere denique, qui frigides, ac leones provocaverunt illi. Compendio complectitur omnia S. Basilus de Spiritu sancto differens: *Hujus gratia Deus quisque est Sanctorum.*

*Ita peccatores omnes possunt mutari, & velint.*

7. O ambitios! non dubitate: huius gratiae adiutorio potestis fieri humiles, si vultis. Videte Ambrosium fugam capientem, ne mita corqueret, Gregorium sese occultantem, ne a dignitatibus quaratur. Ammonium aures sibi praesidentem, ne cum praetura intendantur. O avari, potestis fieri pro Christo pauperes, qui vultis. Videte Carolomanum a seipso ad peccorum custodiam se demittentem. Gallicanum, abdicato consulatu, in hospitali agris intervenientem. Alexium in adibus paternis sub scalis delitescentem. O impuri, potestis fieri continentem, si vultis: videte Pelagium, quae fuit Circe Antiochena, Mariam Aegypticam, quae fuit ad Nilum fluvium Sirene propudiosa. O peccatores potestis fieri sancti, si velitis: videte Martham a telonio vocatum ad seminandas gratias; Zachariam ab usuris promotum ad praeturas Ecclesiae; Saulum ex duce lictorum factum Apostolum; Moysen ex latrone factum eremitam; Genesum factum ex pantomimo Martyrem Christi. Has metamorphoses operatur dextera Excelli; hac prodigia producit Divini Spiritus gratia.

8. Sentio, quid hic nonnetto reponat: Non est dubium, inquit, quod hac omnia possit Deus, sed dubium est, utrum velit; Spiritus enim ubi vult, spirat. &c. O mi Christiane! tunc ausis tam viliter sentire de Bonitate Dei? si hic re cardo veritatem, oportet me ad alia argumenta converti, & adducere S. Augustinum (serm. 18. de temp.) ita loquentem: *Cum Deus velit miserari, quia bonus est, & possit, quia omnipotens est, ipse contra se Divinae Bonitatis januam claudit, qui Deum sui miserari aut velle, aut non posse*

credit. Ergone Divinus Spiritus nolle excolere illa desideria, quae ipsemet seminavit, utque in corde tuo radices agerent, omnem operam adhibuit, tunc faciendo promissa, nunc minas, nunc in subdium vocando exhortationes sacrorum Praeconum, efficaciam Sacramentorum, bona exempla sodalium, utiles suaves amicum? &c. Percipe pro coronide historiam, quae Divini Spiritus misericordiam luculenter demonstrat, & tuam dissidentiam efficaciter refutat. (Specul. Ediff. 20.) Duo fratres studiorum causa morabantur Parisiis, quorum nam minor pientissimus, major celestissimus erat: ut a flagitiorum semita deflueret, seipsum monitus, risit, elusitque pie momentum industriam. Corripiebatur periculosa agitudine, nec tamen de vita emendatione, de noxorum expiatione admittit consilium. Dum ingravesceret morbus, quondam noctu spectabilem habuit Virum formam venerabilem, qui austero vultu, & verbis terribilibus exprobravit misero juveni: Creatura ingratiissima, te ex nihilo extraxi, & mille beneficiis cumulavi, ut mihi servires; sed quamquam praepete iam seclerata concussisti, jam denuntio tibi feralem aeterna damnationis sententiam; Altera nocte infelicitate agroti apparuit mundi Redemptor, toto corpore vultuque plenus, eique volam sanguinis in faciem percussis, horribili voce edixit: accipe cruorem in tuam perniciem, quem ad salutem seclerata recipere noluisti. Haec omnia enarravit miser fratri suo juniori, qui praere rei dignitate exhorrens, voce, ac lacrimis desperandum ad spem, & poenitentiam exiit; mi frater, agebat, esto, te a geminis Divinitatis Personis reprobatum; superest tertia, quae Deus est gratiarum, nec facile repellit poenitentem, ac contritum cor: quid malestis? tanta verborum energia insitit plus juvenis, ut ager, elicto audentissime conditionis actu, sacro conscientia arbitrio suas animi noxas exposuerit. Quid event? proxima nocte adest tertia Deitatis Persona, quae agrum amabili vultu invitata, bono, iusto esse animo, eique peccatorum remissionem, ac salutem addidit. O Pater misericordiarum! exclamavit ager: egone salutem consequi post rogatum a Patre, & Filio Divino damnationis sententiam? confide Filii, respoluit Divinus Spiritus, post tres dies anima tua fruatur cali gaudiis, id quod revera factum est. &c.

9. Epilogus. En mi Christiane: Divini Spiritus Bonitate persequitur, quae factu etiam impossibilia creduntur: ille dat utrumque tam velle, quam posse; velle, per tuam voluntatem, quam excipit per gratiam, posse per suam voluntatem, quam condert per misericordiam. Nunquid abbreviatur est Spiritus Domini, ut ad te quoque non peringat? ait Michaeas propheta. (7. 2.) Ne dubita: quamvis fragilis sit natura, potes & Apostolorum, & Martyrum, & Confessorum, & Virginum esse confors in gloria: potes id, inquam, anodo velis. Amen.



Peria II. Pentecostes.

CONCEPTUS I.

Offenditur portentum maximum esse in mundano, quod non ametur Christus.

Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnes, qui credidit in eum, non pereant, sed habeant vitam aeternam. Jo. 3.

EXORDIUM.

Christus ab omnibus odio habetur, a Judaeis, a Gentilibus, a Hereticis, et multis Catholicis.

Nescio, an unquam fuit existerit homo, in quem omnium nationum, totiusque mundi odium adeo universiter conspiravit, quam in incarnatum Dei Filium. Ille quasi meta fuit, in quam Judaeorum, Gentium, Hereticorum, & etiam fidelium rancor, ac injuria se exonerarunt, & postquam exonerati. Juste autem poterant furiosius persequi Christum, quem praecipue innoxiam, impotentem, dumcivis intererat; potatorem proclamant? Non fuit illi rapida Synagoga, quod cum post mille tormenta in crucem egerit; sed hodieum proferant injurias: Infamis ille Thalmud obligat Judaeos, ut quotidie Christo trinis vicibus maledicant: insuper illum in sacris imaginibus, & Hostiis, prout Romae, Parisii, Uratislavibus, & alibi factum est, pugionibus usque ad sanguinem confodierunt. Nec Neque mitius Judaeis in Christum severunt Gentiles, praeterquam enim, quod crucifixoribus operam contulerint, illum in suis Confessoribus, ac Martyribus extreme persequi sunt: illos, qui Christum professi sunt, dignitatem exuerunt, facultatibus privarunt, in exilium pepulerunt, hastis transfecerunt, laqueis submerferunt, ad ignem affarunt, unguis terribis lacerarunt, & mille modis e mundo eliminarunt. Sed Porro haereticis quantis injurias Christum praesiderant? Simpliciter denegarunt illi aeternitatem, Arriani consubstantialitatem cum Patre, Ebionitae duplicem voluntatem, Eutichiani duplicem naturam, & super hos omnes Calvidista, ac Lutherani inficiantur ejus impeccabilitatem; dum Calvinus dicit, Christum fuisse peccatorem, & Lutherus eum augmento fuisse peccatorem maximum. Sed quid dicemus de Catholicis? Patet inter eos inventi complures, qui Christi mandatis, consiliis, & inspirationibus obediunt: verum eheu non sunt pauciores, qui ejus praecipientia despiciunt, in colloquiis blasphemant, in Ecclesiis irreverentis afficiunt. &c. Quislo, quis mihi dixerit, in quo funderit tam enormis aversio hominum erga Dei Filium?

Id quod summopere admirandum.

Proposito, Christiani Auditores! haec admiratio erit hodierni discipuli materies: si Christus fuisse homo auteris, incultus, immisericors, qui venisset in mundum, ut iudicaret, & condemnaret mundum, mirum non foret, tam universale odium contra illum concepi: Verum cum sit amabilissimus, sapientissimus, mansuetissimus, & ceteris sublimis, ut omnis creatura in quos, non heredit, sed habeat vitam aeternam, plane arbitror esse portentum maximum, quod non ametur. Favete.

Fuit enim homo perfectissimus.

Confirmatio. Natura, & gratiae dotes, atque ingenis in his excellentia semper apud homines fundamentum fidei magne estimantur, & magna estimatio fundamentum magis amaris. Proinde in eo solo totius rei causa versatur, ut ostendam in Christo, tanquam omnis bonitatis compendio, omnes eas perfectiones comprehendendi, quae; sicuti magnes ferrum, ita ad se solent trahere animorum aeternum. Etenim quod Calliodorus de urbe Romana enuntiavit:

Spem fuit in orbe miracula, sed omnia Roma miraculum est, id potiori jure de Christo pronuntiandum venit. Eto, in ordine naturae sint prodigium dotes Angelorum, motus calorum, claritas solis, influxus stellarum, pulchritudo Iridis, cantus philometae, Eto, in ordine gratiae sunt prodigium Fides Petri, Spes Pauli, Caritas Ignatii, Humilitas Francisci, Fidei Hieronymi, Sublimitas Augustini, Patientia Jobi, ac Puritas Mariae; immo totius dico, Christus totus miraculum est: adimplatur hoc assertio Gentium Apostolicus; (Ephes. 1.) inquit: In quo recapitulavit Deus omnia, & quae in caelis, & quae in terra.

Habuit omnes amabilitates.

Poetae fingunt de quodam Phobone, eum tam belle fuisse eformatum, ut Diis conservarant, quis in eum plus contulisset: fuit adeo generosus, ut omne cor rapuerit, & eum, qui vel semel obtutus in eum demerarat, amoris necessitate lascivisset. Quod de Phobone fabula, hoc de Christo Historia est, utpote eadem Divinus Pater, tanquam Filium sibi coeternum, omnibus prerogativis, quae amorem conciliare possunt, abundantissime cumulavit. Quid amabilis in Christo, quam blandissima morum modestia? testatur Sancta Brigitta; (in h. R. v. l.) desolatos omnes non habuisse expeditus se exhilarandi remedium, quam aspiciendo speculum formae prae speculum. Erant Lentulus Romanus Praeses, qui eum viderat, & agnoverat, sermo fassus est, omnes caritas gratiarum ita in ejus genis micasse, ut plane apparuerit ille, qui erat, hoc est Deus. Erat quilibet Divinum in oculis Josa; ita loquitur Hieronymus. (De Sand. Paul.) &c. Quid amabilis in Christo, quam

quam admiranda ejus Sanctitas? Fama Sanctitatis tam magnam aliquibus conciliavit estimantem, ut teste Thodoro, non solum divergentes nationes concurrerint ad columnam Stylistae, sed & Romae piculii iustar haberetur, si quis imaginem tanti Viri adibus suis non praesisset. Quid ergo dicendum de Sancto Sanctorum, quem tot clarae caeli confessiones canonizarunt, tot miracula Sanctum proclamaverunt, tot vel ipsorum demonum testimonio Deum comprobaverunt? &c. Quid amabilis in Christo, quam suavis eloquentia? propter haec Demosthenes fuit omnipotens Athenis, & Tullius Romae, & plures alii tantum retulere applausum, ut fabulari ausi sint Poetae de Hercule Gallitio, cum eatenis aureis, ex ore illius prodromibus, populorum aures alligasse. Sed quae facundia componi possit cum facundia illius, qui ex natura sua est Verbum? cui alteri dictum est: Verba vita aeterna habet: (Jo. 15.) diffusa est gratia in labiis tuis: (Cant. 4.) Facis dissilium labia tua? (Ps. 44.) &c. Quid amabilis in Christo, quam ejus sapientia? quae libet ejus actio est Mysterium, quodlibet Verbum Oraculum, mediis nunquam praevitis fines obtinuit inopinatos, mortales in novam Hierarchiam distinxit, per ignominias conductit ad gloriam, per peccata ad gratiam, per persecutiones ad quietem. &c. Quid amabilis in Christo, quam ejus Omnipotentia? Virginitatem conjunxit cum Maternitate, generavit tantum tempore, immensitate cum loco: solonur maria tranquillavit, sine annona populos pavit, mortuos contra omnes regulas sanavit, mortuae suscitavit, vitam emendavit; corda convertit. &c. Quid prolixum fuit? Si ex infinitis perfectionibus Christi una unica, etque minima infunderetur alicui hominum, collere illa toto mundo deberet amari. Qui ejus polleat ingenio, euncharum genitum foret Oraculum; qui ejus vigeret potentia, totius mundi foret prodigium; qui ejus haberet amoenitatem, omnium amorem foret idolum.

Quod Deus in veteri Testamento, quando nempe in seipso manavit, non fuerit amatus, haud oppido miris; tunc enim erat terribilis, non loquebatur sine tonitru, non lucebat sine fulmine, non apparebat, nisi sub rubis ardentibus, sub nebulis, sub fumo, sub turbinibus. Verum, postquam in fabulo Majestatem posuit, inter passores agnoscitur apparuit, totus est formosus, totus gratiosus, & omnium oculo provocat. Quis non amet Hominem adeo Divinum, Deum adeo humanum? Paradisus est deliciarum, locus consolationum, Republica gratiarum, Seminarium spei, Artha gloriae, robur Sanctorum, tutela pauperum, hostia peccatorum, Magister ignorantium, interpres Prophetarum, fructus Patriarcharum, patris Martyrum, Sponsus Virginitatis, socius Eremitarum, dux peregrinorum.

Christus neminem unquam lesit. Non Principet, Non Sacerdotes. Non ambrosios. Non avaros. Non pauperes. Non infimos.

6. Quis est in mundo, quem unquam lesit, damnificavit, aut injuria affecit Christus? Huc, huc adeste, Filii Adam, Filii Dei, censuris vestris expositus, vul. omnibus satisfacere, qui de eo conqueruntur. Confilius fuit innocentia clamant, & ego pro eo: Qui ex vobis arguit me de peccato? (Jo. 2.) Dicitte vos, Magates, & Principes populi, an vos causam habetis odio infestandi Christum? Certe non. Ille enim & vestram auctoritatem, & Ministros condigne reveritus, mansuefecit gentes rebelles, caelique Principibus suis tributa, ac census solvere praecipit: Quamvis fuit tributa Rex, non tamen regnum hujus mundi ambivit, ne quemquam offenderet; ad coronam invitatus, fugit, spina loca contentus, quam nemo illi invidit. &c. Dicitte vos, Sacerdotes, & Pontifices, an causam habetis odio flagrandi adversus Christum? Certe non. Ille enim etiam discipulos, supra cathedram Moysis sedentes, honorari, eorumque doctrine obediri praecipit: Perverum in horto graviter objurgavit, quod in Malecho Capthae famulo sacerdotalem non veneretur dignitatem. &c. Dicitte vos, Ambrosios, an causam habetis odio habendi Christum? certe non: ille enim non usurpavit vestros trulos: non ambivit applausus, non Jurisdictioni vestrae se intravit, non regna invasit, sed humillimus triginta annis in fabrilis officio delituit. &c. Dicitte vos, Avari, an causam habetis odio persequendi Christum? Certe non: Ille enim non expilavit vestra scriniola, non census subtraxit, non agros delitavit; sed locera contentus tunica, aliis relinquens aurum, & argentum in vilissima casa morari voluit. &c. Dicitte vos, pauperes, an causam habetis, odium concipiendi adversus Christum? Certe non: ille enim, ut vos toto mundo commendaret, omnibus his, qui unum terrucium vobis daret, qui peregrinos sub rectum amitteret, qui famelicum passeret, qui stibandum potaret, qui mortuos sepeliret, largissimum addidit praemium. &c. Dicitte vos, infirmi, an causam habetis odio ardensi erga Christum? certe non: vestri enim curam ingentem habuit, dum leprosus mundavit, paralyticos sanavit, caecos illuminavit, mortuos ad vitam revocavit. &c. Dic denique universum humanum genus, an causam habes non amandi Christum? Certe non: ille enim principis fons, & scaturigo est; per quem omnia bona possidemus, dicente S. Chryostomo: (hom. 10. in Epistola ad Cor.) Omnia vestra a Christo habemus, & quod sumus, & vitam, & lucem, & spiritum, & cetera, & cetera.

7. Quis non miretur? Legimus in Historiis, fuisse hominum nonnullos, qui nec centesimam partem talium beneficiorum praestiterit mundo: & tamen ab omnibus amati, ac adorati fuerunt, Pompejus, dum consulatu se abdicavit, a Romanis instar Patris fuit honoratus. (Platon. b. in



Pompeja.) Germanicus per suam ingenuitatem  
 ita omni tum animos sibi conciliavit, ut in pla-  
 tes publicas prodians, accurrente, ac applau-  
 dente populo, non raro fuerit in periculo op-  
 pressiohis. (Sueton. & Joseph.) Titus ob suam  
 clementiam vocatus fuit voluptas humani gen-  
 eris. (Cyprianus & Dio.) Antonius Verus,  
 quia totum se impendit bono communi, adeo om-  
 nium animos attraxit, ut proliquo habere-  
 rit, qui eius imaginem domi non alioveret.

8. Quæ igitur causa fubeft, Christum non  
 amari, qui tamen horum omnium dotes in emi-  
 nenti, ac infinito gradu possidebat? quod con-  
 tentio non ametur, capio; verum Christus  
 totus gratiosus, totus oblectatus erat, nihil  
 volentem sibi adhibere, non suscepti, ait Ter-  
 tullianus, (lib. de pati) nullum mensam, testum  
 deservit. Quod inimici non amentur, aut in-  
 micorum confederati, capio; verum Christus  
 amicitiam nobis, & hostium nostrorum hostis  
 fuit; mortem exaravit, dæmonem vicit, in-  
 fernum oburavit. Quod superbi, & clari non  
 amentur, capio; verum Christus nullam animum  
 præstantem præstantem, erga vilissimos adhibi-  
 tum erat, hincque verbis pagam allequebatur.  
 Quid vult, ut faciam tibi? sicut vult, sicut vult;  
 petite, & accipietis; noniam, & cetera eum, &  
 que sunt similia. Denique quod homines de-  
 fectivos, ac imperfecti non amentur, capio; ve-  
 rum Christus huius perfectio omnium compen-  
 dium: Narrat Plinius (lib. 36. cap. 1) de lapide  
 opalo, quod pretiositatem omnium lapidum in  
 se complectatur: Erant in ea carbunculi, te-  
 naces, & amethysti fulgentis purpurea, &  
 smaragdi virens mare, & cetera pariter in-  
 credibili miranda lucebat. Parem in modum in  
 Christo conveniunt omnium creaturarum perfectio,  
 sanitas, pacificatio, & gratia, &c.

9. Epilogus. Repeto itaque, quæ causa  
 fubeft, Christum non amari, quæ causa, quod  
 crudeliter quotidie offendatur? ah! Dilectissi-  
 mi! scitis, quid Pilatus responderit populo,  
 Christum ad mortem crucis deposcenti: Non in-  
 venio causam in eo; ita & ego repono: Non  
 invenio causam; non invenio causam; adeo  
 que nihil superest, quam ut eadem cum  
 admirationem finiam, cum qua incepi, exclamen-  
 tum cum S. Bernardo: (in Com.) Dignus plane  
 est mors, qui tibi, Christe, recusat vivere: &c. &c.

Peria II. Pentecostes.

CONCEPTUS II.

Demonstratur, per peccata hominum ipsam  
 etiam Fidem periculo iacturæ exponi.

Dilectissimi homines magis tenebras, quam lucem:  
 erant enim eorum mala opera. Joan. 3.

EXORDIUM.

Fides migrat ab peccata hominum.

Inter alia cæli arcana vidit Apocalypsicus  
 Vates (Apoc. 12.), formosissimum Mulie-

rem, quæ sole amicta, & lunam sub pedibus  
 habens, ac circa caput duodecim stellis cora-  
 nata, mirum quanto fulgore radiabat. Ante pe-  
 des illius visu terribilis draco, habens capita  
 septem, & cornua decem, excubabat, exspe-  
 ctans partum mulieris, ut illum devoraret.  
 Quid evenit? repente formosissima hæc femina  
 fugitiva abiit in solitudinem. Data sunt mu-  
 lieri ala sua aquila magne, ut volaret in dis-  
 feruum, &c. Per speciosissimum hæc mulierem  
 intelligit Cornelius a Lapide (in Apoc. loc. cit.)  
 Ecclesiam, seu Fidem Catholicam: amicta est  
 sole; quia Christum Dei Filium, tamquam ve-  
 rum solem iustitiæ, inextinguibili consortio se-  
 cum habet. Lunam sub pedibus gerit; quia po-  
 tenti patrocinio Sanctissimæ Deiparentis conti-  
 nuo suffulcitur. Duodecim stellæ in capite por-  
 tatur; quia duodecim Angelorum, Sanctorumque  
 Hierarchiarum ornatu coronatur. Per venenum dra-  
 conem septenis capitibus horribilem, subaudi-  
 tum septena, hoc est, omnis generis scelera;  
 per decem cornua, decem præceptorum trans-  
 gressiones. Quid autem denotatur per fugam  
 Mulieris in desertum? audite, & exhorrescite,  
 Christiani Auditores. Per fugam hæc insinua-  
 tur, salvascunt Ecclesie Catholicæ Fidem una  
 cum virulentum vitorum draconem in uno, &  
 eodemque loco diu consistere non posse: ubi  
 plene furis adeo dominantur flagitia, ut etiam  
 remedia, extrahenda impietati adhiberi solita,  
 in vanum recidunt; ubi prudentia evertitur,  
 iustitia corumpitur, fortitudo delimitur, tem-  
 perantia labefactatur, ubi spes nulla, caritas  
 nullata; ibi tandem etiam Fides recedit. Huius  
 veritatis quodammodo me commonefacit hodie-  
 rum Evangelium: Dilexerunt homines magis te-  
 nebras, quam lucem: per lucem, teste eodem  
 Cornelio, (in Joann. c. 3. v. 19.) Dei, salutem  
 rerum agendam, & bona, sanctæque vite  
 gratias, consequenter Fides intelligitur; a con-  
 trario per tenebras hæretes, falsæ scilicet, Schi-  
 smatica, ipsæque Atheismi possunt subaudiri.  
 Cur autem dilexerunt homines magis tene-  
 bras, hoc est, falsitatem, quam lucem, hoc est,  
 veritatem? cur? notate bene: causa statim sub-  
 necitur: Erant enim eorum mala opera. Mala  
 opera sine numero, sine limite invalentes,  
 sunt dispositio, si non proxima, saltem valde  
 propinqua ad hæresim, ad Apostasiam, ad A-  
 theismum.

2. Propposita. Christianæ anime! Etiam de  
 hæc cathæda ex variis incensus motibus contra  
 gravitatem peccati, ejusque pericula sape de-  
 notat: hodie vero veritatem præ mille aliis  
 terribilem in medium proferam, quæ animos  
 nostros ad omni iniquitate poterit refranare  
 debere, videlicet per peccata five de homine  
 aliquo in particulari, five de integra commu-  
 nitate, aut regione servum sit (per peccata,  
 inquam, vel ipsam falsificam Fidem periculo  
 amissionis exponi: Audite, obstupescite, ex-  
 horrescite.

Fi.

Fides per sancta opera debet nutrir.

Confirmatio. Sancti Patres, & Scripturarum  
 interpretes, ubicunque Fidei mentionem faci-  
 unt, constanter illam cum ejusmodi rebus  
 conferunt, ex quarum natura satis apparet, e-  
 jusdem per bona opera debere nutrir, & confir-  
 vari. Declaro: Inprimis Fides dicitur donum  
 Dei, ut indicetur, quemadmodum dona libe-  
 ralia bene meritis dantur, immeritis autem au-  
 feruntur, ita Fidei donum probis a Deo con-  
 ferri, impiis nonnumquam adimi. Fides dicitur  
 lumen, ut indicetur, bonis operibus illam, si-  
 cut lumen lampadis oleo debere alimentari.  
 Fides comparatur pretiosissimo unioni, ut in-  
 dicetur, quemadmodum gemma, ac uniones au-  
 ro, argenteoque inseruntur, ita Fidem in munda  
 conscientia debere custodiri, dicente Aposto-  
 lo (1. Timoth. 3.): Habentes mysterium fidei in  
 conscientia pura. Fides exprimitur sub illis ta-  
 lentis, quæ Dominus servis distribuit, ut indi-  
 cetur, otiosis, & non negotiantibus illam au-  
 ferri. Taceo plures hujusmodi similitudines, &  
 solum in medium adduco illam Sancti Apostoli  
 Pauli, dicens (Hebr. 11.): Fides est speranda-  
 rum substantia rerum. O quam apposite Fidem  
 substantiam vocat quemadmodum enim substan-  
 tia, ad placitum Philosophorum, continuo pro-  
 ducant sua accidentia, exempli causa, ignis  
 generat calorem, aqua frigus, & sic de ceteris;  
 ita Fides sine intermissione operari debet  
 sancta, & meritoria opera. Scitis autem, qua  
 ratione rerum substantia destruantur? nimi-  
 rum si destruantur earum accidentia: ita pe-  
 rit ignis, si calor, & siccitas; perit aqua, si  
 frigus, & humiditas illi penitus adimat. Pa-  
 rem in modum interire debet Fides, si sancta  
 opera illi omnino subtrahantur, &c.

Mulæ a regione fidem perdidit ab sua peccata.  
 4. Jam agellus, mi homo Christiane, circum-  
 fer oculos per omnem, quæ late patet, orbem;  
 per ultra Asiam, Africam, Americam, & Eu-  
 ropam; quare inter diversissimas regiones, ac  
 regna, ubi sedem hinc fixerit, & hodie dum  
 figat vera Nominis Religio. O quam tragicas  
 mutationes Historia tam Ecclesiastica, quam  
 profana tibi ante oculos dabit! Olim sancta  
 Fides thronum suum in Aegypto exerit, quem  
 deinde in Palestinam transtulit, dicente Psal-  
 mo grapho (Psal. 89.): Vincam de Aegypto tran-  
 sultit. Post ea ad Israeliticum, dilectumque  
 Dei populum migrans, nec hic habitabile habita-  
 culum firmavit, sed ad gentes transit: Ecce  
 convertitur ad gentes. (Is. 13.) Verum nec hic  
 perpetuo incolatu permansit; quamquam enim  
 Christiana Fides primus in Oriente insignes  
 fructus protulerit, ita, ut cognominarentur pri-  
 mum Antiochie Discipuli, Christiani (Act. 11.):  
 Nihilominus jam cernimus regiones illas omnes  
 Machometanæ impietatis delictis infatatas. An  
 melior fors fuit Regionum Septentrionalium,  
 & Meridionalium? neutiquam sine! tametsi  
 enim Sancta Dei Religio in Anglia, Hibe-  
 nia, Scotia, Polonia, Germania, aliisque re-

gionibus olim insigniter flourerit, nunc cerni-  
 mus has ipsas regiones vel ex integro, vel sal-  
 tem magna ex parte hæreticis falsitatibus dis-  
 pravatas. In plagis Meridionalibus Christiani  
 nominis reliquia penitus sunt extinctæ; tota  
 Africa sub Turcismi, & gentilibus tenebris  
 conspulta, &c. Quid autem Dominus Deus per  
 has mutationes significare vult? Respon-  
 deo: vult significare, sanctæ Ecclesie Fidem nulli  
 regno, aut loco stabiliter esse assiam. Ecclesie  
 Arca Noemitiæ est, quæ nunc huc, nunc illuc  
 forebatur super aquas. Sancta Fides ad mentem  
 Ambrosii (1. de Spiritu.) ros est in vellere Ge-  
 deonis, qui modo vellus siccitate tellure, modo tel-  
 lurem siccitate vellere humectabat. Vera Religio  
 convivium est Adueris, in quo, cum appareat  
 reculat Regina Vasthi, ejus vicem assumitur  
 Esther. Salvifica Fides thronus est Salomonis, a  
 duobus alatis Seraphinis sustentus, a quibus mox  
 in alium locum valet transportari. Illa nullius re-  
 gni est indiga, nulli populo invariabiliter alligata.

Exemplificatur in populo Israelitico.

5. Ex dictis manifesta est hæc argumentatio:  
 Fides ex bonis operibus debet alimentum capi-  
 cere: ergo si alimento hoc destituerit, emori-  
 tur, atque hæc consequentia ex illo anteceden-  
 te tam certo fluit, ut plus necesse non sit,  
 quam veritatem hanc exemplis firmare. Ante  
 omnia pro lugubri exemplo populi serviat po-  
 pulus Israeliticus. Infelix iste populus gloria-  
 batur Lege, templo, & beneficiis Dei: puta-  
 bat favores cælestes, & vere Religionis præro-  
 gativam indissolubili vinculo suæ patriæ esse ag-  
 glutinatam; & tamen tristi experimento vidit,  
 Ecclesiam ex gentibus contritus, seque abieci,  
 derelinqui, repudiari. In hujus supplicii de-  
 strationem apposite facit, quod Scriptura de partu  
 Thamar restatur: obhevit, cum unum ex ge-  
 mellis fratribus, qui postea Zaran fuit voca-  
 tus, exere brachium animæ dederet, manum  
 illius cocine ligula notavit, eique primogeni-  
 turam, & primogenituræ prerogativas addi-  
 dit: Iste excedit partem. (Gen. 38.) Verum O  
 mirabilem Numinis dispositionem! Alter fra-  
 trum, nomine Phares, prior in lucem editus,  
 alteri jus majoratus præripuit; quia ille ma-  
 num retraxit. Ille vero retrahente manum expro-  
 fuit est alter. Cardinalis Hugo per Zaran Ju-  
 daicum populum, per Phares populum gen-  
 tium intelligit. Erat quidem ille populus Dei  
 primogenitus, qui præ omnibus aliis ad cul-  
 tum veri Numinis manum extendit, sed, quia  
 manum denovo ab operibus retraxit, primogeni-  
 turæ, ac fidei prerogativa illi a gentibus  
 crepta, & prærepta est: Verba Hugonis (in  
 Gen. 38.) sunt: Hic proluit manum, quia Ju-  
 daus præmissi se facturum quicquid Dei præ-  
 cipere; sed statim manum retraxit, quia ab  
 opere defectit. Certe hæc excidit, & omnino  
 dea extirpationis penam Dominus Deus Judæo-  
 rum genti septissime, & præsertim illi in verbis  
 Jeremie (cap. 6.) comminatus est: Erudite Ju-

R. A.



usalem, ut forte recedat anima mea a te, id est prout verba hac explicat Cornelius (hic.) ad mentem redi, mores commuta, ne forte omnem affectum, amorem, & curam tibi subtraham, tradamque hostibus vastandam. *Ne forte penam te desertam, terram inhabitabilem, id est, prout Cardinalis Hugo (hic.)* addit, per subtrahitionem omnis boni, & per afflictionem omnis mali. Sed quoniam perverſa, & oblitata gens, eluſis monitis, ac minis pericite ſcelerata vivere, ſuique ſceleribus ultimum colophonem adiecit per iniquiſſimam mortem Incarnati Dei Filii, tandem completa peccatorum menſura, urbs devaſtata, Synagoga reprobat, Judæorum gens ſine lege, ſine Rege, ſine grege per orbem diſperſa, vera Religio, ac fides illis adempta, & ad gentes translata eſt.

6. Interrogabit hic forte nonnemo, cur Dominus Deus reprobatam Judæorum gentem non penitus e mundo extirparit, ſed eorum inferales reliquias hodieum per omnes regiones diſpergat? percipite ingenioſam reſponſionem Sancti Auguſtini: quemadmodum humana Juſtitia facinoroſos homines, uti prædatores, ac latrones extremo ſupplicio conſectos, in quatuor partes diſcere, ac mutilata membra in viis publicis ad aliorum terrorem ſuſpendere ſolet; ita, ſicut Sanctus Doctor (in P. 38. c. 1. in fine.) Divina Juſtitia Judæos, tanquam maleficos, pro orbem univerſum diſperſos, tolerat, ut gentes, & populi, eorum ſupplicio perterrefacti, dignos fidei fructus facere, aut æquale Dei punientis ſupplicium metuere diſcant. Vobis nobis, niſi terribili Judæorum, aliorumque populorum exemplo emendemur.

*Et in Imperio Orientali.*

7. Præterea quod bene notandum occurrit, non ſolum in iſis locis periculum eſt amittendæ Fidei, ubi condigni Fidei fructus non ſunt; ſed vel maxime in illis, ubi plenis furis omnis generis ſcelera graſſantur, ſanctæque Religionis dogmatibus, quorum profeſſio fit ore, opere contradicitur. Ita expreſſe comminatur Spiritus Sanctus per Ecceſiaſticum (c. 10.): *Regnum de genti in gentem transferatur propter injuſtias, & injurias, & contumelias, & diverſos dolos.* In ſenſu literali veritatem hujus aſſerti experti ſumus in quatuor mundi Monarchiis, videlicet Aſſyriorum, Græcorum, Perſarum, & Romanorum, quæ per diverſa metalla in illa ſtatua Nabuchodonoroſis erant præfigurata: In ſenſu autem morali non minus hoc offerunt intelligi valet de ſalviſca Fide, quæ ob ſcelera hominum de populo in populum transfertur juxta ſulmen illud, quod Chriſtus Dominus contra Scribas, & Phariſæos denotavit: *Auferetur a vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus ejus.* (Matth. 23.) O Regnum Orientale! utinam triſti exemplo Judæorum ſapere didiciſſes, ne & ipſum hujus ſupplicii lugubre ſpectaculum ſæcundum fuiſſes! Inſelix Imperium, poſtquam ſexcentis omnino annis turpi ſchismate ab Ecceſſia Latina diſſidebat, acque obedientiam Romano

Pontifici pertinaciter denegabat, a Nicolao V. beatiſſimo Romano Ecceſſia Antiquitate ultimus, & ſaluberrimis hortatibus ad meliora ſeſe citatum: inter alia monita expreſſe adiecit Sanctus Pontifex: *Meuerent porro abuti longanimitate Dei; recordarentur infructuoſa ſecularitate, cui Patris-familias ſecurim, excidiumque comminatus eſt, ni intra triennium fruges daret; crederent eandem poenam inexorabili Numinis ſententia ſupra ipſos decretam eſſe, niſi, quantoties emendationem, quam ſapius ſanctè promiſerant, humili cum ſubjectione maturarent.* (Beneſti in VII. Nicol. V. ad ann. 1553.) Hæc monita, & minæ Romani Archi-Praefulis erant dicta Prophetica; quippe cum Imperatorum pertinacia pergebat monita eludere, populus auctoritatem Pontificis convellere, ſcelera etiam ſceleribus addere, finito triennio, Dei ulciſcentis juſtitia factum eſt, ut urbis Conſtantinopolitana a Machomet II. Turcarum tyranno poſt biſemreſ obſidionem capta, incolæ omnes una cum Imperatore Conſtantino XII. trucidati, & univerſi in urbe ferro, ac flamma tant ſuncta tragedia adornata ſit, qua triſtiores poſt excidium Jeruſolymitanum nulla carnarum vitæ. Miſeri Graeci noluerunt obedire Pontifici, nunc gemunt ſub iugo tyranni: loco veræ Fidei hæretici Turciſmi deliria, loco ſacrorum imaginum idola, loco Evangelii Alcoranum. Sed qua de cauſa Juſtiſſimus Deus reprobatum Orientalem Ecceſſiam? ob enormia ſcelera, præſertim avaritiam, immiſericordiam, aliaque in ſua Colmograpia Eruditiffimus P. Antonius Foreſti (loc. cit. n. 9. Gen. brad. Ann. 99.) Aliam rationem indicat Genebrardus hiſ verbis: *Imperatorum Orientalium auidacia ingenti in Ecceſſia turbarum exciſionem, & cauſa fuit, cur tam multa hæreſis in Ecceſſiam irruerint.*

8. Verum quid in aliena hujus rei ſpectacula prolixus excurro? reflectamus oculos in ipſam hanc noſtram patriam. O quam ſunctus turbo ante duo ſæcula per totam paſſim Germaniam Fidei cymbalam concuſſit? Nonne infamis ille Apollata excuſſa erga Pontifices, Reges, ac Principes reverentia, veterum Hæreſiarum dogmata, jam dudum a Patribus, & Conciliis condemnata, reſuſcitavit. Monachæria profanaſcit, ſacras fundationes diripuit, Sacerdotibus ad damnabiles nuptias clauſicum præcinuit, & totas denique regiones, ac provincias a vera Ecceſſia avulſit? Quaſo, unde tam grande, ac deplorabile malum originem traxit? cur permiſit Deus, ut, Catholicis Principibus nequidquam contra nitentibus, prævalerint Sectarii? ah! quid queritis? peccata noſtra cauſa fuerit tot malorum: erat mundus illo ſæculo perverſiffimus, & præſertim turpiſſimum luxuria ſeculus Status omnes corrupti; nulla erat in juvenibus continentia, nulla in conjugatis moeſtitia, nulla in Sacerdotibus reverentia, nulla in Monachæris diſciplina; unde Deus, ad æquiuſſimum vindictam provocatus, magnam Germaniæ noſtræ partem hæreſi dilaniandam obje-

cit:

cit: *Laudetur Divina bonitas, quod non integrum hæreſis devorandam objecerit: certe jam quæto ſalutis milleſimo centeſimo octogefimo triſti vatitino prædiſit ſancta Hildegardis, (Mar. chart. in Hort. Paſt. tra. 1. c. 17. 9.)* Germaniam noſtram ob varia ſcelera, præſertim ob irreverentiam erga ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum hæreſi punita miri. Vatiſinio huic reſpondiſſe effectum eſt: deſpondenda experientia cõcenerunt. &c. &c.

9. Epilogus. O mei Chriſtiani! etiamſi nullo aliud foret motivum peccatum ex animo deſtandæ; certe id unum ſuſciteret ad fugiendam omnem iniquitatem, ne videlicet menſuram peccatorum compleatur, & juſto judicio Dei ipla etiam ſancta Fides apud noſ extingatur. O quis ſcit? forſan paucæ adhuc peccata ad complendam menſuram ſuperſunt, & denique ingruer ſaper nos tam formidabile malum. Deſecti, quibus lacrimis deploraturi eſſetis, ſi audiretis Turcas, gentiles, aut hæreticos contra Chriſtiantiam prevalere? Immo ſi cernere deberetis, hæc Ecceſſiam exuri, aut in ſtabulum mutari, hæc Altaria deſtrui, imagines ſanctorum concinari, Euchariſticum Panem concuſcari, cruceſ, & Sacramenta profanari, Sacerdotes occidi, ſacros libros in rogam prolici? O mi peccator, tam luſtuofam ſecnam tu poteris adornare, ſi fixam a Deo peccatorum menſuram compleas. Age iſtur, ex animo dilce odiſte peccatum, tanti mali incertum: &c. &c. &c.

Feria II. Pentecoteſes.

CONCEPTUS III.

Perpenditur immenſus Dei erga nos amor, noſtraque mutui amoris obligatio declaratur.

*Sic Deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret.* Joan. 3.

EXORDIUM.

*Deus prior dilexit nos. Igitur necesse est, ut Deum viciffim diligamus. Præſertim ſi conſideremus.*

1. Proſecto, ſi rem accurate perpendamus, nihil videtur admirabilius, quam Deum omnis amabilitatis fontem non amari; cum enim ex una parte, aſſerente Auguſtino: (1. de civ. dei.) *Nulla eſt major ad amandum incitatio quam provenire amando.* ex altera parte veſtatur de Deo dilectus Chriſti Apoſtolus, *quoniam ipſe prior dilexit nos* (1. joann. 4.), revera deberent humana corda inextinguibili amoris flamma ardere. Quid non egit Deus, ut hominum dilectionem lucraretur? tot beneficia nobis contulit, quot vitæ momenta: ille eſt, qui e nihilo nos eduxit, qui ex erebi vinculis nos redemit, qui paterne nos conſervavit, qui peccata milleſie nobis condonavit, qui in periculis

corporis, & animæ nos potenter defendit, qui ſua carne, & ſanguine nos in ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento ſecit, &c. Verum ut mille alia beneficia ſubſcitem, nunquam luſulentius ſuum erga nos amorem demonſtravit Divinus Pater, quam cum proprio cor ſuum nobis dono dedit. Quando, qui quo tempore hoc contigit? In hodierno Evangelio: *Sic Deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret* (Joan. 8.) Filium ſuum unigenitum, qui ab æterno in ſine Divini Patris conſuevit. In hoc ſane textu, ait Cornelius a Lapide (hic.) tot ſunt amoris motiva, quot verba: declaro: Verbulum ſic dicere vult cum tanta vehementia, & amoris acceſſu, *Deus*, non *Regum*, aut Angelorum aliquis, *dilexit*, & quidem, antequam a nobis diligeretur, aut agnoſceretur, *Mundum*, non *alium Deum*, non ſum ſimilem, ſed *mundum*, & quidem ſibi inſiduum, perſucllem, & æterna dampnationis reum. Hunc adeo dilexit, ut non hominem, non Angelum, ſed *filium*, & quidem non adoptivum, non alienum, *ſed ſuum*, quod plus eſt, non ſecundo, aut tertio genitum, ſed *unigenitum*, ultro, & contra noſtra merita daret ad ignominias, ad labores, ad amariffimam Paſſionem, ad crucem, &c. Cum igitur beneficia ſint ſomenta amoris, qui ſieri poſſent, ut non orbis haberet meros Auguſtinos, Franciſcos Seraphicos, Jacobos, Theresas, Magdalenas de Pazziſ, alioſque, qui tanquam terreftris Seraphini amore Divino arſerent? qui fieri poſſent, ut humana corda gelida hyeme liqueſcant?

2. *Propoſitæ.* Chriſtiane animæ! puto eſſe deſectum illum, quem Propheta deplorat verbis illis: *Nullus eſt, qui cogitet corde.* (Jerem. 12.) Deus non amatur, quia motiva amandi non ſatis expenduntur. Quapropter motiva Divini amoris hodie in medium proferre conſtitui, & inſiſtendo verbis hodierni Evangelii quadruplicem interrogationem ventillare, videlicet, quis dilexit? quem dilexit? quomodo dilexit? & quare dilexit? Facit Deus, ut hæc conſideratione corda noſtra reciproci amoris incendio inflammantur. Favete.

§. I. Primo: quis nos dilexit?

3. *Confirmatio.* *Sic Deus dilexit mundum.* Pro mo itaque quaſtionem ſacio: Quis dilexit? reſpondeo cum ſtupore: ille Deus dilexit nos, qui in ſimbria veſtimenti ſcriptum habet: *Res regum, & Dominus Dominantium.* Ille Deus dilexit nos, qui tribus digitis mundi ſuſtentans, cœlum, terram, planetas, & elementa omnia ad ſuum obſequium prompta, parataque habet. Ille Deus dilexit, qui tectè Auguſtino eſt undique *inſuſceptibile, inſeſſabile, incomprehenſibile.* Fingamus ſolia arborum omnia in libros, maria, ac flumina in atramentum, arenas litorum in ſcribas converti, (Laud. gran. Dux peccat. 1. p. 1. c. 1.) certe prius libri omnes repleti, prius atramentum omne conſumi, prius ſcribas omnes laſſari contingeret, quam unica e Divinis perfectionibus pro re dignitate deliceretur. Quæ cauſa ſubtilis, quæ

pa.



Patriarcha Moyses (Ezod. 20.) Deum prima vice in immenso fulgore, deinde vero in obscura nebula viderit? percipite rationem a simili: quemadmodum, qui solem intuentur, quanto magis in luminoso corpore oculos deſigunt, tanto minus prae sunt ferendo fulguri: aut quemadmodum illi, qui abyssum profundum maris scrutari praesumunt, quo magis in undis progredi ſolent, eo profundius merguntur: ita Moysi contigit, omnibusque contingit, qui in contemplatione Divinitatis animum deſigunt; quanto magis comprehendere nituntur, quid fit Deus; tanto magis fatari coguntur, illius iuſtitiam Miſericordiam, Omnipotentiam, Pulcritudinem, & aliſque perfectiones ab intellectu creato comprehendere nullatenus poſſe, &c. Unum unicum ſuperſeſſe medium, Divinam mentem quaſi ex umbra dimittendi, nimirum ex creaturis, dicente Apoſtolo: (Rom. 1. 20.) *Inviſibilia ipſum per ea, quae facta ſunt, intellecta conſpiciuntur.* Hinc in ſenſum, ait Bernardus, (in Pf. 86.) mundum univerſum eſſe librum, creaturas omnia eſſe characteres, quibus Dei Maieſtas nobis deſcribitur. Collige in unum Maieſtatem, ac potentiam omnium terrenorum Principum; Deus eſt aliquid infinitis potentius. Collige in unum ſapientiam hominum, & Angelorum; Deus eſt aliquid infinitis ſapientius. Collige in unum pulcritudinem omnium creaturarum; Deus eſt aliquid infinitis pulchrius; non enim de ſua parentia, ſapientia, & pulcritudine tantum inter creaturas diſtribuit, ut non infinitis plura ſibi reſervavit. &c.

#### §. II. Secundo: quem dilexerit?

4. *Sic Deus dilexit mundum.* Quero ſecundo, quem dilexit ille Magnus Deus? quem? Reſpondeo: dilexit *Mundum*, id eſt, miſerrimum hominem. Etenim mirum non eſt eaſe amari, quae ſingulari nobis emolumento ſunt: verum quod emolumentum capit Deus ex homine? nullum proſuſ; etiamſi totum genus humanum hoc momento aeternitati periret, nil perderet Deus; qui ſicut ab aeterno ſuit, ita in aeternum in ſeipſo feliciffimus eſſe perfeverat. Quod plus eſt, Dominus Deus diligit hominem peccatorem, a quo nil niſi enormes iniurias recipit, deſideratque, quantum eſt in ſe, effuſſissime ſalvum facere illum, qui ex deſtinata malitia vult ultro intire. Hinc in ſinem ſubmiſiſſime peccatori remedia ſaluſtis effuſſissima; hanc in ſinem vaſiſ, & miris modis vocat ad penitentiam, & emendationem. Quae, quae cauſa ſubſtat, quod Dei Filius, in hoc mundo exiſtens, diverſiſſimas formas induerit: in ſabulo apparuit ut infans, in via Diſcipulis ut peregrinus, Magdalena ut hortulanus, alia vice vocavit ſe paſtorem, ſtorem campi, & quae ſunt ſimilia. Cur ita? Sanctus Apoſtolo Petrus docet, eſſe mera ſtragemata *Mulſerunt vultu Dei* (1. Pet. 4.) quidam variis a ſeipſo apparuit, varias etiam artes adhibet tradendi ad 46 animas. Nimirum trahere, &

lucrare animas unicus ſuit ſcopus, ac labor Redemptoris; ideo ubi primum in hoc mundo greſſum ſiſit, ſtatim vocare anibos cepit, nempe paſtores, & Magos; denique publicanum, & peccatricem; quia immo in ultimo adhuc agone latronem. &c. Quidam Chriſtiani ambiebat in Matrimonio cuiuſdam Saraeani Filium. (Necleſi Catechet. vet. 8. ſymb. Apſt.) Conſuluit Pater demonem in idolo, an proco conſulenti praſtare, filiumque ſuum illi tradere deberet. Reſpondit demon, nullatenus eſſe conſulendum, niſi Chriſtum, & fidem Chriſtianos abnegaret. Quid evenit? intellex Chriſtianos, urgente Saraeano, & concupiſcentia, abjurarunt: & ecce, Spiritus ſanctus in ſpecie columbae de ore abnegantis viſibiliter avolvit. Saraeanus, hoc viſo, rursus conſulit idolum, quid hoc ſibi vellet? reſpondit diabolus: Adhuc eſt vicinia eſt Spiritus ſanctus, paratus redire; cave, conſentias ſollicitanti, niſi juret, ſe penitentiam nunquam adurum. Carnalis homo, ubi & hoc juramentum emiſit, ecce columba penitus ex oculis auſugit. Paulo poſt, concupiſcentia ſedata, ubi ad cor rediit, ſcelus ſuum Confefſario cum lacrimis aperuit. Ille ſuaſit penitentiam, ut in ſolitudinem progreſſus, tandem culpam lacrimis expiſt, donec Spiritus ſanctus, qui viſibiliter reſceſſerat, viſibiliter iterum rediret. Poſt aliquot tempus poenitentiae impetuſ in eadem columba ſpecie Spiritus ſanctus reverſus, & paulatim appropinquans patenter in os penitentis iterum ingreſſus eſt. O inauditum genus miſericordiae, exclamat merito Terrullianus, (ap. *Sperant. panth. 25*) iuſtissimo jure veniam negare poſſe; & tamen non ſolum non negare, ſed inſuper vocare, rogare, minari, & quaſi compellere peccatorem ad acceptandam ſalutem, & veniam! &c.

#### §. III. Tertio: quemodo dilexit?

5. *Sic Deus dilexit mundum.* Interrogo tertio: quemodo dilexit? Nimirum, ut *Filium ſuum unigenitum daret.* O Bone Deus: ſi ad mentem Divi Gregorii (ap. *Pasceſti in Feſto Epiſth.*) amor ſanctus in donis, profecto ſequitur amorem Dei erga nos eſſe infinitum; quia deum nobis in Filio datum eſt infinitum. Et ſi dilectum Filium deſiſſet ad gloriam, & honorem, certe minus mirum foret; at quod omnem admirationem excedit, dedit ad ignominiam, & paſſionem. Quid quod ipſe Dei Filius ex amore hominum omnia dedit, quae habuit, & ſuit: Fuit diſtillans Deus; divitias ha omnes ultro, ut ita dicam, perdidit, a ſtabulo ſuſcepit ad crucem factus pauperiffimus. Fuit omnipotens Deus; hanc omnipotentiam, ut ita dicam, ultro perdidit, in infantia factiſſus, & in virili etate ſumbus ligatus. Fuit Sapientiffimus Deus; hanc ſapientiam, ut ita dicam, ultro perdidit, coram Herode impio rege inſtar facti inſitus, & deſpectus. Fuit denique immortalis Deus; hanc immortalitatem, ut ita dicam, ultro perdidit, in cruce miſerabiliſſimum necem inter dolores emortuus.

Obſtupeſce, mi homo! tam aſidenti amore dilexit te Redemptor tuus, ut ne unicum quidem ſanguinis guttulam ſibi reſervavit, quam non erat pro te ſuſcipere paratus. Adverte animum. Benigniffimus Salvator inter ultimos vite anhelitus, in cruce pendens, ardentiffima ſiti urebatur, exclamans: *Siste.* Et ecce, aderant eſtelleſtibus nonnulli, qui in ſpongia acetum illi porſigebant: *Jesus autem non ſuſcepit bibere.* Quare non? erant membra omnia Domini corporis plena doloribus, ſola lingua manſit adhuc expertis tormenti; cum ergo Dei Filius ardentiffime deſideraret plura, ac plura pati, credi utique poſſuit, cum acetofi potus mortificationem libentiffime acceptaturum. Cur ergo noluit bibere? Admiramini, Chriſtiani. Acetum juxta Medicorum eſſatum ſanguinis profluviuſ ſiſtit; inde erat, quod antiquius milites, in bello ſauciati, ſua vulnera aceto lavarint. Ideo noluit bibere *Jesus*, ne impediſſet ſanguinis fluxus, ait Lyranus, (6. 19. *Joan.*) & urdemontret, ultimam ſanguinis guttam, quam adhuc in ſanctiſſimo Corde habebat, non eſſe ſibi tantum curam, & pretioſam, ut paratus non fit illam in amorem humani generis eſſuſudere. O anima Chriſtiana, ne quare, obſecro, quomodo Deus dilexerit hominem: dilexit illum, ſere dixerim, plus quam ſeipſum, plus quam vitam, plus quam ſanguinem: *Dilexiſti me plus, quam te* exclamat Auguſtinus (*Soliloq.*), *qui morti vaſiſti pro me.*

#### §. IV. Quarto: quem in ſuum dilexerit?

6. *Sic Deus dilexit mundum.* Quarto denique interrogo, quare, in quem ſinem ſic dilexit? reſponſionem format mei in vicem Melliffius Bernardus (in *illud Pfal. Quid retribuam Dom.*) ubi enim Divina Bonitatis amorem, & beneficia, abundantiffime nobis collata, perpendit, ſubneſcit: *Ne pro his omnibus, quod rependam habeo, niſi tantum, ut diligam.* Hic ſinis, hic ſcopus eſt Divina dilectionis, ut reciprocum noſtri amorem lucraretur. Ita, ita: exclamo cum S. Cypriano (*de baptiſm. Chriſti*): *ſuſcepit eſt, Domine, ut diligamus te; quia & ipſe tantopere nos prior amavit.*

7. Sed quaeritis, Auditores, in quo tandem conſiſtat hic Dei amor, quem a nobis exigit? Audite, & obſtupeſcite Divina Veritatis oraculum. *Qui habet mandatum meum, & ſervat ea, ille eſt, qui diligit me.* (Joan. 14.) Itaque in obſervatione mandatorum veſtratur totum illud amoris negotium, quod tam impetuſ labore, ſudore, ac beneficiis a nobis mercatur Deus. Itane? nihil amplius requirit Deus? nihil amplius: potaſſet ſine dubio in reciproci amoris teſtimonium requirere, ut cum ſanctis Apoſtoliſ in ſigore, & nuditate, in fame, & ſiti, in labore, & ſudore mundum percurrentes, Evangelium in orbe propagarem; potaſſet ſine dubio requirere, ut cum ſanctis Martyribus ignes, rotas, gladios, & corporum lani-

nam ſuſtineremus. Potuſſet requirere, ut cum ſanctis Confefſoribus in vigiliis, jejuniis, & carnis macerationibus Divinam adorem Maieſtatem. Et tamen haud petiit amorem a nobis alium, quam qui in obſervatione mandatorum conſiſtit. O! laudetur Divina Bonitas, quae pro tam levi obſequio ſuum nobis amorem, ipſamque ſalutem venalem facit: utique non erit hominum, praeterim Chriſtianorum quilibet, qui tam exili obſequio amabiliſſimum Deum non colat? utique non erit, qui mandata non obſervet, & tranſgreſſione praecceptorum Divinam Maieſtatem offendant? Ita mecum opinatur Sanctus Gentium Apoſtoloſ: (*Ad Rom. 3.*) audite Myſterioſum illius loquendi modum: dicit, Dei Filium in cruce fuiſſe mortuum *propter remiſſionem peccatorum praecedentium.* Mirabilis diſtio! propter remiſſionem praecedentium peccatorum? an ergo Divini Sanguinis litrum non aequae ſufficit ad expungenda delicta Paſſionem Dominican ſubſequentia, quam ſilam praecedentia? ſufficit utique: cur ergo Paulus mentionem ſolum ingerit *praecedentium peccatorum?* Chriſtiane anima, percipite, obſtupeſcite reſponſionem Zelottiſſimi Joſephi de Barzia (*ſer. 4. §. 6.*) Ideo, ait, Apoſtoloſ docuit Chriſtum Dominum fuiſſe mortuum in remiſſionem praecedentium peccatorum; quia ſibi firmiter perſuadebat, poſt Paſſionem Dominican nullam amplius in mundo peccata commiſſa iri. Quis enim crederet, fore deinceps hominem, qui Deum offenderet, poſtquam vidit Dei Filium pro offenſis hominum in cruce emortuum? O mi Apoſtoloſe Paule! utinam votis tuis correſponderet effectus! Verum quid nunc diceres, obſecro, ſi notatis his temporibus cerneres peccata omnia eſſuſis habentis in orbe tumultuari? quid nunc diceres, ſi cerneres Deum adeo impudenter offendi, ac ſi nunquam nos amaret, nunquam nobis beneficiuſ conſulentiſſis? quid diceres, ſi cerneres infernalem inimicum plures habere ſequaces, quam Chriſtum Redemptorem? juratus ſite amicum hoſtis non ſudorem pro nobis, non ſanguinem ſudavit, non alamp, non ſagra, non ſpinas, non crucem, non mortem acerbiffimum tulit: non aeternam nobis appromiſſit beatitudinem, ſed poſcuſ ditu, noctuque laborat ad temporalem noſtram, & ſempiternam iſſelicitatem. Et tamen majori contentione, ac numero illi ſervitur, quam Benigniffimo Salvatori, qui ut amorem noſtrum lucraretur, nihil intentatum reliquit, &c.

8. *Epiloqur.* Haec, inquam, Sancte Gentium Apoſtoloſ, ſi modo cerneres, quae indignatione impudentiam indigniſſimum condemnare? Ah! ſentio, quid dicturus eſſes. Nimirum juſtiſſima ira exardeſcent illud ipſum ſulmen repeteres, quod olim ſupra tuos Corinthiſis detonuſſi: *Qui non amat Dominum *Jesus*, anathema ſi. &c.* (1. Cor. 16.)



Feria III. Pentecostes.

CONCEPTUS I.

Proponitur signa aliqua Prædestinationis, comparat cum proprietatibus Oviculæ.

Cum propriatibz ovis emiserit, ante ear vadit, & oves illam sequentur: quia sicut ovem ejus Joann. 10.

EXORDIUM.

Sicut Christus boni Pastoris notas omnes implevit: ita nos oportet electarum Ovicularum signa habere.

Divinitus Mundi Redemptor non una vice, & loco Sancti Evangelii seipsum sub schemate Boni Pastoris, dilectas vero animas, quas ad æternæ gloriæ præmium destinavit, sub similitudine oviculæ solitus est proponere. Quædammodum igitur ille optimi Pastoris notas ac munia perfectissime implevit, eo quod animam suam deditit pro ovis suis, vitamque suam omnem, ac mortem ad id ordinavit, & impenderit, ut illæ vitam haberent, & abundantius habent. (Joann. 10.) Ita etiam signa quadam, ac discernicula indicavit, quibus electæ Christi Oviculæ a reprobis hædis facile velleant distinguari. Scio quidem, quod Providissimus Deus Prædestinationis arcanum coram oculis hominum omni studio occultet, idque variis ex rationibus. Primo, prout explicat Gregorius (1. 6. ep. 22.), ne homo, suæ salutis securitate elatus, superbiat, aut ad desidiolum in bono securitatem delabi incipiat; eum securitas sit mater negligentie. Secundo, ut hæc ipsa salutis incertitudo nos excitet ad sancta opera, prout affirmat Novarinus. (in delictis amor. 23.) Tertio denique ad mentem Divi Bernardi (serm. 15. in Pf. 99.), ut salutaris timor Domini, qui virtutum omnium custos, & salutis pignus est, in cordibus nostris nunquam non radices agat. Sc. Nihilominus in hac ipsa Prædestinationis obscura caligine elucet quadam signa, ac notas, & quibus omnia suam electionem haud obscure poterit conjecturari; ita Bernardus (serm. 1. in 1. ep.) expressè inquit: Propter hæc data sunt signa quadam, & indicia manifesta salutis: ut in dubitabile sit, cum esse in numero Electorum, in quo ea signa permanerint. Talia signa sunt, frequens, & fructuosa auditio Verbi Divini; juxta illud: Qui ex Deo est, Verba Dei audit. Impensa, & liberalis misericordia erga pauperes, juxta illud: Beatus, qui intelligit super egenum & pauperem. (Psal. 112.) Ardens devotio erga Sanctissimam Dei Matrem, juxta illud (Prov. 8.): Beatus homo, qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie. Concors, & pacificus amor cum proximo, invicta patientia

in adversis, irreconcilabile odium adversus peccatum, & denique devota Sacramentorum frequentatio.

2. Propositio. Nos omittis tribus primis, de quibus alias actum est, hodie de quatuor ultimis agemus. Quilibet excutiat conscientiam suam, utrum electæ Christi Oviculæ notas in se inveniat: qui eas inveniet, incepta salutis semita indefessa contentione perat: qui non invenierit, omni studio sibi comparanda laborat. Favere.

§. I. Primum prædestinationis signum est amor proximi.

3. Confirmatio. Prima igitur Oviculæ proprietatis est pacis, ac concordie amor: non est illa bellicosum animal; non mimitatur, non conat, ut taurus; non lanat dentibus, ut lupus; non ferit calcibus, ut equus; non terret voce, ut leo; non rapit unguibus, ut felis; non nocet veneno, ut vipera, sed simplex, pacifica, ac innocens est. Parem in modum prima altera electionis nota est amicitialis pax, & concordia cum proximo, dicente Christo Domino ad Discipulos: In hoc cognoscet omnes, quia Discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem. (Joann. 13.) Notate bene: Non dicit, si dilectionem habueritis erga me, sed ad invicem; quia Dilectio Dei ad salutem neutquam sufficit sine dilectione proximi, quin illa sine hæc consistere non potest. O mei Christiani plane non capio, qua ratione multis sibi blandiantur: se amare Deum, cum tamen proximorum odio habeant, in necessitate delitunt, & ne quidem aspectu dignentur. Omnes lineæ, quæ a circumferentia ad centrum ducuntur, prout in obvia quavis rota currum videntur, quanto magis centro appropinquant, tanto arctius se invicem contingunt, & quanto longius a centro recedunt, tanto spatiosius ab invicem sejunguntur; centrum nostrum, ad quod tendimus, Deus est; quo magis ad Deum accedimus, eo magis etiam proximum amplectimur, & quo distantius a proximo separamur, eo etiam longius recedimus a Deo.

4. Rex Saul extremis odiis persequetur Davidem, quem e medio tollere sæpius attentabat: aliquando, cum Saul solus, & inermis in spelunca Engadil vericaretur, aderant furfures, qui Davidi persuadebant ut ultionis occasionem actus, inermem occideret. Mantuosissimus David (1. Reg. 24.) desectus, est tantum nefas; verum ut manifestum faceret vindictæ sibi voluntatem, non opportunitatem desisse, et vestimento Regis arum clamidis præcidit. Auditio hoc manfuecudinis exemplo, obtulit Saul, & cum antea Davidem a Regni successione excludere modis omnibus laborabat, tum admirandus exclamare: Nunc scio certissime, quia regnatura es, & habitatura in manu tua Regnum Israel. En mi Christiane, pacifica condonatio injuriarum erat indicium prothomum Regni, & coronæ. Si igitur & te vide-

videre proximo amicitabiliter convivere, in equitate lucere, inimicitias tollere, inveciatas vitiores ex animo pellere, contumelias dissimulare, mala invicem bona compensare, tunc certum vero & de te edictam, nunc scio certissime quia regnatura es, & æternæ gloriæ coronam addeparus es. Sc.

§. II. Secundum est patientia in adversis.

Altera proprietatis Oviculæ est, quod patientissime afflictiones omnes perferat, si fonderetur, & venditur, si ad lanicnam, & macellum rapitur, non vociferatur ut porcus, non reluctatur, ut taurus; non recalcitrat, ut equus, sed protus obmutescens adversa omnia sustinet. Ita alterum hæc prædestinationis signum est, scilicet, & inflexibile tribulationum patientia. Id quod Christus Dominus non solum ore docuit: Beati, qui persecutionem patientur. (Matth. 5.) sed insuper, tranquavit: Nonne opprobrii Christum ipse, & in hoc mundo in gloriam suam? (Luc. 24.) O mi Christiane! plane non est felicitas, omnimoda felicitate frui: si hominem videris obperpetua seclera Divina castigationis virga quidem dignissimum, nihilominus ex omni parte felicem, hinc ut male metues, quia periculum est, ne Deus hunc, quem in hac vita corripere voluit, ut benignus Pater, in altera vitæ puniat, ut severus Jux. E contra cum videris hominem justum millenis calamitatibus obnoxium, hæc te beatum patet, ait Chrysolomus. (Orat. 3. de Lazari.) Exemplum hujus rei luculentum habemus in divite Epulone, & paupere Lazaro: ille fortunatissimus in divitiis, & voluptatibus belluabat, & finaliter perit; iste intercanes abjectus, morbis, doleribus, & serum omnium egelate afflictabatur: & gloriosus demum in sua Abrahæ requievit. Imaginare geminum bovem, incrementum unum, quia in picnis patens impingari permititur, macilentum alterum, quod ad aratum alligatur, quis ex utroque infelicio? sine dubio primus; quia ad macellum destinatur, altero adhuc diti superstitit. Imaginare tibi geminos agros, unum, qui Medicus de usu & potu, quidquid allipuerit, proficue ingerendum concedit; alterum, quem idem Medicus urit, fecat, est, & potu interdicat. Quis ex utroque infelicio, sine dubio primus; quia pro clamato habetur, dum interit alter ex hoc ipso architecti conata spem reconvalescendi retinet. Imaginare tibi tritum & paleam, illud frugescentis autumnio in agro seminatæ aeris, & tempestuum injuriis exponitur, ista sub recto succa, & illæta feratur. Quis ex utroque infelicio? sine dubio ista; quia dum fructuosum granum frumenti in novam vitam propullulat, palea in finem abijctur. Parem in modum se res habet in nostro proposito: quos Deus in hac vita paterne castigat, illis operum suorum mercedem in alteram vitam reservat, dum interimpit, qui in vitis, in delictis, in divitiis libere bac-

chantes, formantur omnem ad vasa sibi succedentem experiantur, olim cum divite damnato audituri sunt: Recepsit mercedem suam, &c.

§. III. Tertium est horror peccati.

6. Tertia Oviculæ proprietatis est irreconcilabilis antipathia adversus lupum, quæ tanta est, ut etiam post mortem duret; quippe chorde, ex intestinis Oviculæ, nisi eodem instrumento musico chordæ ipsa conjungatur, obmutescit, nec sonum edit, prout testatur Pierius. (ep. Barz. serm. 2. §. 3.) Volo dicere, tertium hæc Prædestinationis indicium est implacabile odium, & horror adversus peccatum, qui in homine Christiano salutis sue studioso tantus esse debet, ut animam unquam peccati exhortetur dicat, & averfat. Quasi in facie caribz fuscipitavum, ait Spiritus Sanctus per Ecclesiasticum (xv. 17.) Cur autem colubis comparat peccatum, cur non leonem, tygridem? Notate bene: hæc bestia fatis in primâ juventute circum, & mansuetifata, ita ut impune liceat cum illis conversari, aut pecari: dispar ratio se habet cum colubro, hic enim etiam paffus, & tener tangentem introxiat. Dicere itaque vult æternæ Veritatis Magister, peccatum etiam leve, modicum, & innoxium videtur, custissime declinandum, & fugiendum esse. Multis exemplum, quæratone adversus peccatum hostile odium, & horrorem concipio oportet percipite, qui S. Bernardinus (serm. 7. in 1. serm. 41.) & alii enarrant.

7. Pater quidam nomine Cimmerus, tres filios, inter hos autem unum solum legitimum habuit: idcirco testamentum condidit, præcipiens, ut post mortem suam exanime corpus, publice palo alligaretur, & qui ex filijs eorum sagitta propinquius tetigisset, in probole sua legitima, & paternam facultatem herede haberetur. Ut justum, factum: cadaver alligatur arbori, adsum filii, arcus, & scuto armati: quis inano dno primi non infelicio jactu sagittas suas in præcordia Patris defixerunt. Ubi vero tertius in arenam constitutus fuit, miramini Auditores! ille respiciere, expulserit, & quavis adesset pannonii, qui morantem ad elidendum animosè sagittam exhortarentur, membris omnibus conenti, ac tenum mentis deliquo in terram prolabi; ubi se, animamque collegit, arcum cum scuto abijcere, & publice prosterni cepit, mille se bonorum omnium jacturam, quam tantum felices in Patrem committere. Quid evenit? Judex invidiosus consensu concluserunt, hanc esse legitimam, ceteros supposititios filios; utpote cum istæ cor amantissimi parentis ceteris propinquus, non quidem telos, sed affectu tetigisset, O Christiane anima! en Pater tuus in palo Crucis pendit: Eris vita tua quæ pendet ante te. (Dent. 18. 24.) Quoties infernalis inimicus animam tuam gravi tentatione pulsavit, idem, ut ita dicam, agit, ac si arcum, & sagittam in manus tibi tra-